



THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
LIBRARY



DE
NOSTRATIBUS MEDII ÆVI POETIS
QUI PRIMUM
LYRICA AQUITANIÆ CARMINA IMITATI SINT

THESIM

FACULTATI LITTERARUM PARISIENSI PROPONEBAT

AD GRADUM DOCTORIS PROMOVENDUS

A. JEANROY

Scholæ Normalis olim alumnus


PARIS

LIBRAIRIE HACHETTE

79, BOULEVARD SAINT-GERMAIN, 79

—

1889



AMICO MEO

A. PUECH

Debitum – debitissimum – solvit

A. Jeanroy



INDEX

OPERUM SÆPIUS ALLEGATORUM QUIBUSQUE NOTIS BREVITER DESIGNENTUR

Arch. — Archiv. für das Studium der neueren Sprachen und Literaturen, Her. von L. HERRIG.

A. V. D. — L'Art de vérifier les dates, 3 v. in-folio, 1787.

B. *Rom.* — BARTSCH (K), Romanzen und Pastourellen, Leipzig, 1870, in-8°.

B. *Gr.* — BARTSCH (K), Grundriss... der provenzalischen Litteratur, Elberfeld, 1872, in-8°.

B. *Chrest. fr.* — BARTSCH (K.), Chrestomathie de l'ancien français, 4e édition, Leipzig, 1880, in-8°.

B. *Chrest pr.* — BARTSCH (K), Chrestomathie provençale, 4e édition. Elberfeld, 1880, in-8°.

Din I, II, III, IV. — DINAUX (A.) Trouvères, jongleurs et ménestrels du nord de la France et du midi de la Belgique. — I. Trouvères cambrésiens. — II. Trouvères de la Flandre et du Tournaisis. — III. Trouvères artésiens. — IV. Trouvères brabançons, Valenciennes et Paris, 1837, 1839, 1843, 1863, 4 vol. in-8°.

F. — F. FATH. Die Lieder des Castellans von Coucy, Heidelberg, 1883, in-8°.

H. Litt — Histoire littéraire de la France.

M. *Ged.* — MAHN (C. A. F), Gedichte der Troubadours, tomes 1-4, Berlin, 1866-73, in-12.

Mætzner. — MÆTZNER (E.), Altfranzœsische Lieder, Berlin, 1853, in-8°.

P. O. — Parnasse occitanien, Toulouse, 1819, in-8°.

R. — RAYNOUARD, Choix des poésies originales des Troubadours, Paris, 1818 sq., 6 vol. in-8°.

Sch. I, II. SCHELER, Trouvères belges, Bruxelles, 1876, 1879, 2 vol. in-8°.

T. *Ch.* — TARBÉ (Pr.), Les Chansonniers de Champagne, Reims, 1850, in-8°.

T. *Th.* — TARBÉ (Pr.). Chansons de Thibaut IV, Reims, 1851, in-8°.

T. *Bl.* — TARBÉ (Pr.). Les œuvres de Blondel de Nesles, Reims, 1862, in-8°.

Wack. — WACKERNAGEL (W.), Altfranzœsische Lieder und Leiche (1846), in-8°.

CAPUT PRIMUM.

QUID DE PRIMORDIIS LYRICÆ NOSTRÆ POESIS COMPERTI HABEAMUS.

Quo tempore vixerint nostrates plerique carminum scriptores docuit P. Paris in longa eximiaque commentatione quam olim de ea re scripsit (1) : pauca iis quæ ab eo reperta sunt anni addiderunt, nec multa a nobis adjicienda fatemur ; cum enim nihil prorsus e chartis manu scriptis exaraverimus quæ acta ad veteres familias pertinentia aut earum catalogos continent (2), nulla alia quam quæ usui ei fuerant, scilicet ipsorum poetarum opera, in promptu habuimus.

Si australium poetarum historiam conscribere in animo habeas, plura quidem tibi præsto sint : *Vitæ* primum, quarum pleræque, ipso tempore conditæ quo ipsi vixerunt, fide non indignæ sunt ; dein ipsa quoque carmina in quibus sæpe accidit ut casus aut facti alicujus mentionem inveniamus ; adde postremo eas quasi carminum appendices (3) in quibus patronum aut amicum quemdam scriptores alloquuntur.

Historiam alterius Galliarum partis poetarum perscrutanti hæc omnia fere pariter desunt : Vitarum enim nulla sunt vestigia, ceteraque, quæ memoravimus, documenta, multo magis inopia sunt quam apud Provinciales : longius enim a vita apud nos abhorrebat poesis. Satis ergo egerimus si va-

(1) *Hist. litt.*, XXIII, 1856, p. 512-831.
(2) Gallice, *Documents d'Archives.*
(3) Provinciali sermone *tornadas*, nostro autem *envois.*

rios poetas secundum tempora et regiones describere, pauloque exactius quam alii fecerunt, de antiquissimorum vita disserere potuerimus.

Genera quælibet poetica, cum e jugi fonte quasi sponte oriuntur, quo tempore primum et quo loco apparuerint, dicere nullo modo queas : sic epicarum narrationum aut sacrorum ludorum quæ *Chansons de Geste* et *Jeus* aut *Miracles* dicuntur, primas origines latere nullus est qui non sciat ; adventicii contra generis quod ex aliena regione invehitur, vel prima initia sæpe deprehendere licet : quæ res de lyricis carminibus, de quibus hic agitur, evenit.

§ I.

Intra quos temporum locorumque fines Provincialium imitatio floruerit.

Quamvis omnium antiquissima, quibus certum tempus indicere liceat, non ante annos 1180-85 ponenda sint, prima tamen generis origo altius est repetenda : permulta enim habemus auctorum quorum nomina non perhibentur : illa autem esse antiquiora quam quorum auctores novimus maxime verisimile est. Cum enim prima quæque singillatim « per ora virum » volarent, nomina auctorum facillime intercidebant ; c'apsis aliquot tantum annis, scriptores, cum compositis gloriarentur, ea in codices redigi, propriis nominibus instructos, curaverunt (1).

Etsi ea, quibus nullum nomen subscribitur, ut ceteris vetustiora habere nolis, certissimum est saltem quædam fuisse

(1) Non utique vera esse ea dici possunt : codices enim sunt in quibus nulla auctorum nomina reperiuntur ; eorum ergo auctores ignorari quæ tantum in illis codicibus exstant, nihil mirum, nec ea antiquiora ceteris dicere licet. De iis tantum loquimur quæ sine nomine sunt in libris nomina plerumque perhibentibus. Adde quod incertorum carmina sæpius consonis vocalibus ultimis tantum, non totis syllabis finiuntur, quod certissimum antiquitatis indicium est.

priora, nunc deperdita, antiquissimis eorum quæ possidemus (auctorum nominibus subjectis) annisque circiter 1180-85 adscripsimus. Plurimos enim novimus, seu poetas, seu poetarum patronos quos ad superiora tempora referre certis testimoniis cogimur. Sic, in carmine sæpius allegato, Cono Bethuniensis magistrum suum memorat :

> Si s'en preignent a mon maistre d'Oisi
> qui m'a apris a chanter des enfance.
> (1314, Scheler, 1, 14).

Cum autem Cono eo tempore (circa 1187) ad virilem ætatem jam pervenisset, illum a magistro circa annos 1165-70 eruditum fuisse putandum est. Ille autem ipse magister Hugo de Ociaco (*Huon d'Oisi*, tertius nomine) qui senex postea occubuit (1), decem saltem autea annos (scilicet 1155-60) poeticam artem discere debuerat (2).

Alios quoque novimus, quos, si nulla carmina finxerunt, — aut eorum nulla supersunt, — tamen poetis favisse scimus : plerique quidem non multo ante Hugonem *d'Oisi* interierunt ; at eo tempore seniores fuisse aut constat, aut verisimile est : vix enim credendum est ultimis annis eos liberioris artis patrocinium suscepisse quæ nihil nisi *Gaudium* et *Juventutem* concelebrat.

Præterea apud ignotum quemdam poetam (3) laudatos videmus Rinaldum II, Barri comitem (1149-70) (4) ejusque fratrem Hugonem natu majorem (5).

(1) Anno 1189, secundum Duchesne, *Histoire de la maison de Guines*, p. 224 ; ante 1191, secundum P. Paris. (*H. Litt.*, XXIII, p. 625.)

(2) Cognatio quædam ei cum suo discipulo, cum soror patris ejus Clementia avo Cononis nupta fuerat. (*H. Litt.*, XXIII, 624)

(3) De Renaut de Mousson — et de son frere Hugon — et de ses compaignons — qi donent les grans dons, — veult fere une chanson — Jordains li viex bordons — ou tens de moustoison. (B. *Rom.*, 1, 19)

(4) Qui Metenses profligavit anno 1153 ad Mussipontem (*Pont-à-Mousson*), unde illud ei cognomen permansisse potuit.

(5) Mortuum anno 1155 (secundum D. Calmet) aut 1141. (A. V. D., III. 43.)

Ejusdem pæne ætatis est Erardus Brenensis (*Erart de Brienne*), Ptolemaide defunctus anno 1190 ad quem duo missa sunt carmina (1).

E supradictis constat circa annum 1150 Provincialium poesim in septentrionales regiones gliscere cœpisse. Ex alia autem parte, carmen quoddam habemus, compositum anno 1147, omnium antiquissimum quæ permanserunt (2), in quo nihil animadvertimus quod externam imitationem redoleat. Putamus ergo hujusce Galliarum partis principes in hoc potissimum adversus Saracenos bello, quo maxime viri ex omnibus provinciis oriundi coierant, artis novæ elementa doctos fuisse.

Certum est enim hanc artem non ex Aquitania ad nos per finitimas provincias irrepsisse : quod certe evenisset, si e populo manavisset. Nullus enim ex antiquissimis poetis aut poetarum patronis ex iis regionibus, at ex Atrebatensi contra agro, e Lotharingia aut Campania plerique genus ducebant.

Præsertim autem apud viros posterioris ætatis ars Provincialium maxima gratia viguit : hos dico, qui circa annum 1160 nati, fere omnes tertio adversus Infideles bello aut interfuerunt aut interierunt. Inter quos Henricus I, Barrensis, Theobaldus V Blesensis, Philippus Flandrensis, (qui pariter Ptolemaide annis 1190-1 perierunt), Otto III Geldrensis (+ 1206-9) (3), Radulphus I Cociacensis (+ 1191) et Henri-

(1) 397 (*Chardon de Croisilles*); 1035 (incerti auct.). Nec ibi memoratum alium Erardum Brenensem putandum est, prioris nepotem, mortuum post annum 1244 (Cf. Anselme, *Hist. généal.*, VI, 128-140), cum mentio sit regis in castello quodam (Monte Regio) morantis, a Christianis occupato in tertio adversus Saracenos bello :

A Mont Roial t'en iras d'autre part : — si fai savoir le roi de moie part — que il por Dieu ne mete en obliance — celi qui est roïne de vaillance.

(Pb[4], 155. Textus in cod. Pb[12], *Arch.*, XLIII, 250 maxime vitiatus.)

(2) P. Meyer, *Rec.*, n° 39.

(3) V. p. 18, n. 1.

cus II Liciburgensis (+ 1196) (1), Philippus demum Franciæ rex, et Riccardus cognomine Cor Leonis, a poetis celebratissimus, sunt memorandi (2).

Quorum æquales fuerunt, inter poetas, Cono Bethuniensis, Cardo *de Croisilles* (3), Johannes *de Trit*, omnes denique qui ante alios maxima laude floruerunt, scilicet *Gace Brulé*, *Blondel de Nesles*, Guido (*Chatelain*) *de Coucy*, Galterius *de Dargies*, etc. (4).

Ut ii, quos primos nominavimus, præsertim e septentrionalibus et orientalibus provinciis, sic illius quasi secundæ ætatis viri a dicta Insula Franciæ, Campania, Picardia, originem ducunt : ex ipsa autem Lutetia Franciæ principes eorumque mulieres omnia promovisse videntur. Anno enim 1137, Ludovicus VII uxorem duxit Eleonoram illam cujus avus erat Guilielmus IX quo nullum antiquiorem carminum scriptorem novimus, quæque ipsa antea australium poetarum patronam sese præbuerat. Duæ Ludovici et Eleonoræ filiæ, Aelis et Maria nomine eodem studio ac sua mater lyri-

(1) Ad quos pariter missum carmen 430, aut ab ambobus scriptum :

Hanris de Lusanborc joir — poeis d'amors, se maintenir — la voleis a vostre pooir.

Cuens de Coussi, con je desir, — a ma tres grant joie avenir — vos face bone amor valoir. . (Pb[12], 102; inéd.)

(2) Illius potissimum ætatis viros postea poetæ, ut omnium virtutum exemplaria, laudaverunt : sic apud G. *de Provins* iisdem laudibus ac apud lyricos afficiuntur « l'Empereres Ferri, (Fredericus I), li rois Loéis (VII), li riches rois Hanris (II), li jones rois (aliter dictus *Court Mantel*), li rois Richars, Joffroi de Bretaingne (Cf. infra, p. 20), li quens Henris (I) de Champaigne, li quenz Tiebauz (V, Blesensis), de Mouçon li quens Renauz, li quens Philippes (Flandrensis), li quens de Borgoingne (Otto I, cf. p. 14, n. 3), li rois d'Arragon (cf. p. 15), li grans dus de Looregne, li seignor d'Oisi, cil de Brene, Henris (I) li quens de Bar, etc (Méon, *Rec. de Fab.*, II, pp. 316 sq.)

(3) V. supra, p. 10, n. 1.

(4) Liceat hic et ulterius horum nomina gallico sermone transcribere quorum non liquet quæ fuerit patria aut, deficientibus documentis, quo latino vocabulo appellata fuerit, aut quorum demum in latinum conversum nomen lectori dubio aut difficultati esse posset.

cam poesim prosequebantur : quippe quæ ejus cultum propagaverint, hæc in Campaniam, illa in Blesensem agrum, postquam earum provinciarum comitibus Henrico I et Theobaldo V (ambobus Theobaldi IV, Campaniæ comitis filiis), nuptæ fuerunt. Inter Francicam Campanensemque domum frequentia eo tempore matrimoniorum commercia : alia enim ex parte, soror Henrici et Theobaldi, Aelis, Ludovico VII nupta erat (1160) (1).

Tria ergo quasi domicilia lyricæ arti constituta sunt : scilicet regum Franciæ, comitumque Campaniæ Blesarumque domus, aut, ut aiebant, *curiæ* : quas breviter percenseamus.

Aures primum delicatissimas fuisse Lutetiæ, apud Philippum VII, docet in notissimis versibus Cono Bethuniensis, qui, cum sermone paululum artesio locutus esset « coram Campanensibus, Campaniæque comitissa (Maria, Henrici I vidua) », a regina Francorum (Aelide) et filio ejus (Philippo Augusto) reprehensus est (2). Hunc cæterum scimus lyrica ad se mitti carmina libenter passum fuisse (3).

Illam eamdem Campaniæ comitissam (vulgo dictam *contesse de Brie*, quæ, cum maritus cito occubuisset, rebus publicis bis præfuit (1181-7 ; 1190-7) summaque ideo agendi dicendique libertate potita est, poetis summopere favisse e pluribus testimoniis compertum habemus : Alboinum *de Sezanne* ad « canendum » impellebat (4), Christianum Tricassensem ad componendum poema cui titulus *Roman de la*

(1) Alia eorum soror, Agnes, uxor fuit Rinaldi (II) Barrensis, quem poetis quoque favisse supra vidimus.

(2) Que mon langage ont blasmé li Francois — et mes chancons, oiant les Champenois, — et la contesse, encor dont plus me poise. — La roïne n'a pas fait que cortoise — qui me reprist, elle et ses fius li rois... (1837 ; Scheler, I, 26).

(3) Cf. supra, p. 10, n. 1 et infra.

(4) Maix li contesse de Brie — cui comant je n'os veeir — m'ait comandeit a chanteir. (1232, Wack., p. 10.)

Cha ete (1); eam quoque magnifice laudat (2) in carmine lingua provinciali scripto (quod in francico codice insertum est) Ricardus *de Barbezieux* qui sine dubio in Campania tum degebat. Ea ab Andrea Capellano, in notissimo *de arte hone te amandi* libello, depingitur ut quædam eorum cœtuum præses, in quibus subtilissimæ de amore quæstiones oriebantur ; ab ea enim sæpius quam a quacumque assidentium dirimuntur propositæ controversiæ. Theobaldus igitur quartus velut ab incunabulis ad colendam poesim inclinabatur.

An Mariæ vir, Henricus I ætate multo provectior, quique multo ante eam e vita cessit (1181) poetis quoque faverit nescimus : at eorum certe studiosissimus fuit sororis ejus maritus, Theobaldus Blesensis cui dedicata sunt poema *Eracles* dictum (3) multaque lyrica carmina (4). Ad ipsam Aelida, Blesensem comitissam carmen unum missum fuit (5).

In eorum principum matrimoniis consulto paulum immorati sumus : nam, quanquan permultas occasiones habebant inter se conversandi, mulierum præsertim gratia inter eos humanarum artium ac poeseos favor gliscere cœpit (6).

Ut cultus litterarum, quarum tutelam primum Eleonora ejusque filiæ susceperant, a Lutetia ad finitimas regiones migraverat, sic ex eis, favente eodem feminarum impulsu, ad longinquiores pervenit. Primum enim, jam eo tempore qui Parisiacæ curiæ præsidebant elegantiarum arbitri haberi cœpti erant ; præterea variis matrimoniis alii principes urbanis his cœtibus se miscuerunt : ut duos tantum nominer,

(1) Cf. *Romania*, XII, 529.

(2) Eam, non ut putat Wackernagel (*A. L.*, p. 167) Blancam Navarrensem, Theobaldi III uxorem (1197-1201) :

Pros comtessa e gaya, a pretz valen — que Campanes avetz enluminat. (R , III, 455.)

(3) *H. Litt.*, XXII, 793.

(4) Cf. infra, p. 20.

(5) 955 (*Jehan de Trit*). V. *H. Litt.*, XXIII, 647.

(6) Quod luculente demonstravit G. Paris. (*Rom.* XII, 516-34.)

a Philippo Flandriæ comite, et Guidone Pontivensi lyrica poesis in septentrionalibus provinciis multum promota est.

Philippus enim plures annos Lutetiæ commoratus est cum Franciæ regnum, puero rege, procuravit (1181-3). Paulo post, adversus eumdem, quondam pupillum, una cum Campaniæ Blesarumque comitibus inimicitias exercuit: cum iis demum tertiæ adversus Saracenos expeditioni interfuit. Non vero tantum sæpissime in iis partibus degit ubi maxime florebat lyrica poesis; ante vero omnia, feminæ cuidam nupserat quæ ad illam quoque familiam, tam acrem litterarum fautricem pertinebat, Isabellam (1), Mariæ et Aelidis consobrinam : quæ inter eas mulieres maxime rebus amatoriis intentas, præcipuum locum tenuit : apud enim Andream Capellanum, tres ei « de amore sententiæ », dum tres quoque reginæ Aelidi, septem vero Mariæ, quatuor Eleonoræ tribuuntur (*Rom.*, XII, 526). Nil igitur mirum si poeta quidam ignotus carmen « Flandriæ comitissæ » misit (543 ; *Arch.*, XLII, 293), si Philippus Flandrensis, Christiano Tricassensi et Gualterio d'*Espinau* (v. infra, p. 17) favit.

Guido Pontivensis circa annum 1140 natus, (natu minor fratre Johanne I, Ptolemaide interempto) tutelam exercuit Guilielmi III qui, anno 1195, uxorem duxit Aelida, Ludovici VII filiam (2) (non eamdem ac eam quæ Theobaldo Blesensi antea nupserat); litteræ in hac domo celebrari non desierunt : Mariæ enim, Guilielmi III filiæ dicatum fuit poema quod *Roman de la Violete* inscribitur (3).

(1) De hac enim apud Andream Capellanum agitur (non de Sibylla Andegavensi, Theodorici uxorem, ut putaverat Raynouard, nec de Margaretha ejus filia), si credas E. Trojel, cujus opinionem nuper G. Paris suscepit (*Journal des Savants*, 1888, p. 672); de ea quoque narrari videtur atrox quoddam et mirificum a tribus provincialibus poetis memoratum, nec ullo modo a verisimilibus abhorrens; de qua re doctissime disseruit G. Paris. (*Rom.*, XVII, 591-5.)

(2) A. V. D. II, 754.

(3) Eædem aut matri quoddam carmen (467, *Thomas Erier*) missum videmus. — Illæ cæterum domus multas quoque alias sibi in societatem adjunxerant,

Quamvis ab eo tempore nihil fere egerint lyrici scriptores nisi jam decantata iterare, summo tamen studio hoc genus cultum est a viris sequentis ætatis, iis silicet quorum plerique bello adversus Albigenses operam dederunt : inter quos sunt numerandi Petrus *Mauclerc*, Boccardus *de Marli*, Rotbertus *Mauvoisin*, Amalricus *de Craon* (1), Rogerius *d'Andeli*, Theobaldus *de Blaison* (2), Petrus II Aragonensis (3), aliique quos huic bello interfuisse non compertum est, ut Radulphus *de Ferrières*, cujus mentionem anno 1209 factam habemus (4) cujusque carmen in poemate dicto *Roman de Guillaume de Dole* insertum est, Gillius *de Vieux-Maisons* qui in charta anni 1211 nominatur (5), Alboinus *de Sézane* qui intra annos 1221-9 mortuus est (6).

Non supervacaneum erit notare plerosque eorum quos proxime nominati sunt aut erunt, ex occidentalibus Galliæ partibus esse oriundos (7) cum primorum nullus in eis regionibus natus esset. Non ergo per medias Galliæ partes, ut supra diximus, australis primum poesis irrepsit, nec operæ pretium sit inquirere per quos potissimum harum regionum poetas illata fuerit (8).

in quibus litterarum honor æque viguit : Scholasticam, filiam Henrici I Mariæque in matrimonium duxit Guillelmus V, comes Matisconensis (1185-1224) cujus nomen in carmine (1668, *Guiot de Dijon*) invenimus. — Margarethæ, filiæ Theobaldi V Blesensis nupserant primum Hugo (III) Ociacensis qui carmina condidit, postea Otto I Burgundiæ comes (1190-1200), ad quem quoddam carmen (768, *Gonthier de Soignies*) missum fuisse putamus; ejus jam matri Beatrici, Frederico, Alamaniæ imperatori nuptæ poema cui titulus *Ille et Galeron* (*H. Litt.*, XXII, 851) scriptum fuerat.

(1) *Annuaire-Bulletin de la Société de l'Histoire de France*, 1870, p. 87.

(2) Cf. *Ibid.*, p. 86.

(3) Quæ nomina excerpimus e : Paul Meyer : *La Chanson de la Croisade contre les Albigeois*, pp. 485-511.

(4) *Hist. Litt.*, XXIII, 698.

(5) *Ann.-Bull.*, *ibid.*, p. 75.

(6) *Ibid.*, p. 75.

(7) Craon, hodie, département de la Mayenne, 16 kil. de Château-Gontier ; — Les Andelys, Eure ; — Blaison, Maine-et-Loire (canton des Ponts-de-Cé).

(8) In animo habemus Schultze, *Zeitsch. für rom. Phil.* VIII, 106 sq.

Lyricæ tandem poesi friguerunt paulatim principes, multoque minorem numerum summi generis poetarum circa medium tertium et decimum sæculum reperias. Post annum 1260, nullum novimus qui ei indulserit. Tum acrius ejus studium ad plebeios (1) quarumdam urbium cives migravit : inter quos primum locum Atrebatenses obtinent : quorum autem antiquissimi, Johannes *Bodel*, *Moniot* (2), Riccardus *de Fournival*, recentissimus Adamus *de la Hale* qui intra annos 1185-8 interiit. Annis igitur 1290 aut 1300 elapsis, prorsus apud nostros extincta erat lyrica poesis quæ ferme centum et quinquagenta annos celebrata fuerat.

§ II.

Quid de antiquissimorum poetarum vita scire liceat.

In superioribus prima tantum lineamenta ejus annalium adumbrare tentavimus : restat ut cura paulo diligentiori quam qui ante nos de re scripserunt, eorum vitam illustremus a quibus exempla potissimum hausimus (3).

Cononem jam anno 1187, cum pararetur bellum adversus Saracenos, carmina finxisse scimus (4), eo tempore juvenem, cum anno tantum 1224 occubuerit, postquam bis in Oriente (1189, 1202) militaverat (5).

(1) Aut potius gallice, *bourgeois*.

(2) Ejus carmen in *Roman de Guillaume de Dôle* insertum est ; aliud ad Johannem Brenensem missum est eo tempore admodum juvenem : quippe quem *valet* nominet.

(3) Scilicet Cononem Bethuniensem, Cast. *de Coucy*, Blondel *de Nesles*, Galterium *de Dargies*. Galterium *d'Espinau*, Gace Brulé.

(4) V. 1125, 1314 (Scheler, I, 2, 12); cf. 1030 (*Hue d'Oisi*, P. Meyer, *Rec.*, 367.)

(5) Plura hic dicere supersedemus cum ejus carminum editionem typis sit mandaturus egregius noster amicus Axel Wallenskœld, cui de scriptoris vita et operibus commentationem præponet.

Quarto quoque adversus Infideles expeditioni æque ac prior intererat dictus *Chastelain de Coucy* quem Guidonem II (1186-1201), fuisse maxime verisimile est (1).

Circa deficiens duodecimum sæculum vixisse constat *Blondel de Nesles*, cum duo carmina ad Cononem (1095; 1227; Tarbé, *Blondel de Nesles*, pp. 61, 49), aliudque ad *Gace Brulé* (1897, T. p. 7) miserit (2). Nihil vero prorsus de ejus vita compertum est : lepida enim fabella quæ de eo fertur, cujusque *P. Tarbé* immodicum se præconem ostentavit, documentis minime fide dignis tantummodo nititur (3).

G. *de Dargies* qui in charta quadam nominatur scripta anno 1201 (4), æqualis fuit poetæ magis noto, *Gace Brulé*, quem amicum vocat (5).

Paulo ampliora scire licet de Galterio *d'Espinau* (6) : illum fuisse « nobilem » constat, cum *Messire* in cod. vulgo dicatur, moratumque in Campania (504, *Arch.*, XLII, 335), non autem in ea natum esse (649, *Arch.*, XLIII, 298; 1680. In.). Illius quoddam carmen (2067, *Arch.*, XLIII, 322), cum in eo Philippi Flandrensis mentio sit qui res francicas procuravisse dicitur (7), intra annos 1183-91 referendum est ; ex alia

(1) F. Fath : *Die Lieder des Castellans von Coucy*, Heidelberg, 1883, p. 11.

(2) Carmen 1754 (T. 3) ad comitem Blesensen missum falso ei tribui videtur. — Sic res quoque se habet de carmine 736 (T. 57) ad quemdam Rinaldum *de Choisil* misso : in omnibus codicibus aut sine nomine fertur aut cuidam Cardoni *de Croisilles* adscribitur ; in uno tantum (Pb³ 144) nostro *Blondel* tribuitur, sed, omnium ultima est atque in hunc locum irrepere facile potuit. Quis sit Rinaldus ille de quo mentio fit alio quoque loco (1229, *Arch.*, XLII, 347) scire non potui.

(3) Silicet *Récits d'un ménestrel de Reims*, quorum vetustissimus codex non ante annum 1270 scriptus est, et *Anciennes chroniques de Flandre*. De quibus cf. De Puymaigre : *Folklore*, Paris, 1885, pp. 213-7.

(4) *Hist. Litt.*, XXIII, 569.

(5) Gallice *compaing*, 1223 (*Arch.*, XLI, 349); 418 (*Arch.*, XLII, 342); cf. 708 (Din., III, 195).

(6) Forsan locus est qui hodie dicitur *Epinac* (*Département de Saône-et-Loire*). Non solus ex ea regione esset oriundus, cum noverimus quemdam Robertum *de Memberolles*.

(7) Phelipe le comte sené — ki a France maintenue.

autem parte, carmen 542 (*Arch.*, XLIII, 282) anno 1208 posterius est : in eo enim mentionem invenimus comitis cujusdam

Qui a Loheraigne trovée

id est, nostra opinione, Theobaldi I Barrensis qui hoc anno Fredericum, Lotharingiæ ducem, captivum duxit. Nullum iis annis aut superius aut posterius invenimus.

Pauca alia certo quoque tempori adscribere licet, id est 590, Philippo Flandrensi dicatum, 1208 eidem Philippo (una cum Barrensi comite et Guidone), 649, Henrico (I, Barrensi) (1), quæ ante annum 1191 scripta esse affirmare licet.

De poeta *Gace Brulé* ejusque operibus recentem commentationem scripsit *Huet* (2) qui sequentia demonstrare tentavit :

1° Prave quemdam locum libri dicti « Chroniques de Saint-Denis » (3), fuisse interpretatum ; nihil eo significari nisi Theobaldum et *Gace Brulé* summos æque poetas istius temporis fuisse (quod omnibus locis significat hoc verbum *entre* duobus substantivis appositum), non autem alterum ab altero

(1) *Barrois* alio loco (1208) nominatus, Henricus I, non Theobaldus I est, nam cum in illo carmine consociatum videmus cum Philippo Flandrensi († 1191) ; cf. 1784. Carmen 951 mittit ad quemdam comitem Brenensem, qui aut Erardus, aut Johannes esse potuit : illud tamen scriptum est ante annum 1209 quo hic Hierosolymæ rex factus, rex quoque dictus fuisset. Geldrensis ergo comes (1960) nullus nisi Otto III (1183-1206 aut 1208) esse potest. Qui sint « le cumte de Grant Pré (1082), Gautier de Priney (728), Guyon aut Goyon (504, 2067), * Garnier (1073), Huon (1840) », nescimus.

(2) *Positions des thèses des élèves de l'École des Chartes*, 1885.

(3) « Si fist entre lui et Gace Brulé les plus belles chançons et les plus délitables et melodieuses que onques fussent oies en chanson ne en vielle : et les fist escrivre en la sale a Provins et en cele de Troies : et sont appelées les chansons au roy de Navare ». (Ap. Tarbé, *Thibaut*, p. XXXII.)

* Nomen cujusdam *Guyon de Seilly* in *Hist. Litt.* (XXIII, 574) memorato delere decet, cum e prava codicis B^2 lectione ortum sit (*Arch.*, XLII, 335) :
Asselley sens demorée, — vai, chanson, por solacier — Guion, ki seit ma pensée...
Legendum est *a cellé*, id est *secreto*.

in arte eruditum fuisse ; *Gace Brulé* autem ante Theobaldum vixisse.

2° Ejus enim carmina jam ineunte tertio et decimo sæculo notissima fuisse : nam plura in *Roman de la Violete* inserta (565 ; 787 ; 1198), unum etiam in *Roman de Guillaume de Dole* (1779) invenimus.

3° E Campania ortum, caballariumque factum (in codicibus enim *Messîre* (Pb^{3}, Pb^{6}, Pb^{11}), aut *Monseignor* (P^{a}, Pb^{14}) vocatur) apud quemdam Britanniæ comitem degisse, qui nullus alius nisi Godofredus II (1171-86) esse potest.

Plane cum *Huet* consentimus, nisi quod *Gace Brulé*, quanquam Theobaldo seniorem, una cum eo, aliquot saltem annis, vixisse putamus. Præterea, arbitramur aliquot carmina exactius ad certa tempora referri posse (1).

Amici primum quorum nomina sæpissime allegavit sunt *Noblet* et *Gilet* (2) ; quamvis nulla eorum in historiis vestigia permanserint, attamen qua ætate vixerint dicere licet : carmen enim 653 quo tempore scriptum fuerit, scire primum possumus, in quo legimus :

> Chantez, Rainaut, qui amez sans faintise,
> car laissié l'ont li dui de Saint Denise.

Hi quibus hoc nomen indictum, nostra saltem opinione, nulli alii sunt nisi Ludovicus VII ejusque filius qui res publicas semel fere duobus annis (1179-81) administraverunt ; atqui ille *Rainaut* semel cum *Giles* (719) nominatur, *Giles* autem sæpe cum *Noblet*, ut antea videmus. Ille cæterum *Noblet* in carmine alio Cononi adscripto memoratur. Carmina ergo quæ iis *Gilet* et *Noblet* dicantur, ultimis viginti sæculi duodecimi annis composita, id est, nostri poetæ vitæ parte priori, putare debemus (3).

(1) Fragmentis præsertim utemur dictis gallice *envois*, plerisque adhuc ineditis ; ea potissimum in codice Pb^{5} invenies.

(2) Noblet, 437 ; Noblet et Gilet, 306, 1428 ; Giles, 42 ; Gillot le comte, 772, 1486 ; Noblet et Renaut, 719.

(3) Si quis carmen 306, ambobus dicatum, respiciet, parum valere hæc argu-

Adolescens adhuc in Britanniam migrare debuit : comes enim Godofredus qui ei favit anno 1186 decessit, qui poeta natu major fuisse videtur (1). Carmina quinque ad hoc tempus referenda : 413, 1893, 1167 (comiti Britannorum aut comiti Godofredo dicata); 1579 (*Les oiscillons de mon païs — ai oïs en Bretaigne*); 918 (ubi *Gace* et « comes Britanniæ » si codici R² (f° 151) credas, confabulantur.

Eodem tempore aut paulo posteriori scripta credimus quæ comiti Blesarum dicantur (643, 801, 826) qui Theobaldus V (1252-91) putandus est : nam una nominatur cum Barrensi (*le Barrois*) : atqui inter Barrenses, qui poetis peculiariter favit erat Henricus I qui eodem anno occubuit ac Theobaldus V.

Eisdem fere quoque annis adscribimus ea quæ ad comitem Pontivensem missa sunt qui res publicas rexit ab anno 1191 (857, 1006, 1465, 2099). Post ejus mortem scripta 838 et 1977 (2); at, quo anno decesserit, ignoramus.

Postremo carmen 565 respicientes, necesse est vitam poetæ paulo longiorem credamus quam alii putaverant : illud enim ad quemdam *Lorent* mittitur qui Theobaldi quoque

menta forsan putabit : quod enim, si credas codicibus Pa, Pb4, Pb14, Pb17, Theobaldo Navarrensi tribuendum. At non illius, sed nostri *Gace Brulé* esse certum est : 1° huic enim tribuitur in codicibus quorum alter ex altero non pendet (Pb3, Pb6). — 2° *Noblet* et *Gilet* una in carmine apparent quod certo nostro *Gace* tribuendum est, dum in nullo alio Theobaldi reperiuntur. — 3° Illud postremo carmen in quadam parte codicis Pb12 (f° 60) situm est quæ Theobaldi tempori anterior est. — Fatemur in his versibus syllabas *an*, *en* ut plane consonas haberi, quod apud *Gace* evenire non solet : aliud tamen illius licentiæ exemplum proferre possimus (1332, ined., ubi consociantur in fine versuum verba *riant*, *gent*, *hautement*, etc.

(1) Li cuens Joffroiz *qui me doit consoillier* — dist qu'il n'est pas amis entierement — qui nule foiz pense a amour laissier. (1893. Pb5, 5; ined.)

(2) Guis, ne vous puis oublier; — pour vous ai la mort blasmée. (838, Pb3, 25, ined.)

Guis de Ponciaus, a tenir — ne vos oblierai jai; — por vos doi la mort haïr. (1977; *Arch.*, XLII, 360.)

Navarrensis amicus fuit (1) : atqui Theobaldus, anno 1202 natus, non ante annum circiter 1220 carmina condere potuit.

Ad postremam illam vitæ ejus partem referimus quoque quæ cuidam *Odin* dicantur (187, 361, 1011, 1638, 1757) cum hic semel una cum *Lorent* (565) nominatus fuerit.

Qui fuerint *Odin* ille (2), *Huet* (1102), *Gallandois* (3) (1407) pro certo non comperimus.

In summa, nostri poetæ vitam nonnihil extendere legitimum videtur : sic eum plurima carmina scripsisse ac multa laude floruisse nihil mirum sit.

Haud plura reperire potuimus quod ad tempus attinet quo conscripta sunt ejus opera. De ejus vita pauca nunc subjicere liceat.

Primo quidem aspectu, satis multa esse videntur quæ noscere possimus, cum sæpe satis expresse de se scriptor locutus sit : res vero altius consideranti apparebit communes tantum hic esse locos, a quocumque temere usitatos, nihil vero plena fide dignum : nihil enim noster de se fassus est quod non apud multos alios, iisdem fere verbis, invenias.

Sic primum ait se a puero amare consuevisse quam nullo modo deceret (1011 *Arch.*, XLIII, 284) cum genere multo illustriori esset quam ipse (1006, *Arch.* XLIII, 287 ; 653, *Arch.*, XLIII, 265, etc.) Quam multi sunt autem qui eadem de se ipsi dixerint ! Omnes primum aiunt a se nobilissimam dominam coli (4). — Ait quoque *Blondel* se ab infantia amore suæ

(1) Memoratur in carmine 1440 quod certe a Theobaldo scriptum est, cum hic in eo proprium nomen inseruerit.

(2) Ille *Odin* esse potuit quidam castellanus Gandavi (*de Gand*) qui uxorem duxit unam a filiis Hugonis Campaniæ, qui Constantinopoli (anno 1204) mortuus est.

(3) Si Tarbé credas (*Thib.*, p. 146), *Gallandois* ac *Noblet* unus ac idem sint, cum cognomen *Noblet* in domo Garlandiæ usitatum esset ; nihil hic certi ; quis quoque fuerit ille e Garlandiæ domo vir, Tarbé non docet, nec scivit.

(4) Blondel, 623 ; 1618 ; 2124, T. pp. 9, 31, 36 ; Coucy, 790, F. 40. — Cf. Mætzner, *Altf. Lieder*, p. 205.

dominæ consumptum (1), quæ ad verbum redintegrantur apud multos, germanos præsertim, nostrorum imitatores (2). Quæ non impediunt quin sæpissime de *novo amore* loquantur (3).

Cum muliere quam amabant, in externa regione consuetudinem junxisse usus quidam eos jubebat : sic enim egit *Gace* (1579) sic et G. *d'Espinau* (504) (4). In eamdem quoque classem referendi quicumque aiunt a se dominæ patriam propter dominam diligi (5).

Contendit *Gace* futurum fuisse ut voto compos fuerit, nisi laudatores eo ipso tempore obfuissent (6). At eadem prorsus apud *Coucy* (7) et *Espinau* (8) legimus.

« Laudatorum » quoque causa se dominæ patria cessisse ait (1501 ; *Arch.*, XLIII, 353, 413 ; *B. Chrest.*, 279, 633 ; *Arch.*, XLIII, 329 ; 1414. *Arch.*, XLIII, 335; 1578. Ined.). Idem vero thema tractare se omnes coactos putavisse credas : nullus est qui non affirmet se in exsilium sponte abiisse, laudatorum metu, ne quid dominæ famæ detraheretur (9). Ita usi-

(1) 110; T. 23.

(2) So wil ich doch ir diener sîn
diu mich twinget her von kindes jugent.
(W. v. Hornberk ap. v. d. Hagen, I, 64. Cf. Mætzner, p. 241.)

(3) Quod quidem nonnunquam amor prioribus vividior, adhucque ignotus significat, sæpissime autem quoque, procul dubio, alius feminæ cupido. (Mætzner, p. 214.)

(4) En perillouse contrée — me sot fine amour jugier. (*Arch.*, XLII. 335.)

(5) Mais ieu aor son païs — et ser kan k'a li apent (G. d'Esp.. 649 ; *Arch.* XLIII, 298). Cf. 1988 (alibi citatum, cap. III. — Cf. etiam *J. Rudel* (R. III, 95) et Raimundum *de Miraval*, P. O. 234.

(6) Avoir cuidai joieuse conpaignie. — Maiz losengier par furent si poissant, — qu'il m'ont tolu ma loial esperance (1751, Ined., Ph[3]29).

(7) Se ne fussent li gent maleürée, — n'eüsse pas sospiré en pardon (986. F., p. 57.

(8) C'a mien espoir eüsse je joït — de ce dont ai a greit d'amors choisi, — se ne fuissent li felon esbahi. (1073. *Arch.*, XLII, 272.)

(9) Malgrei felons medixans — ki dou paix — m'ont fait longuement eschif. (G. de Dargies, 738 ; *Arch.*, XLII, 243.)

Ne preïsse vengement — de cals por cui seux faidis. (Id., *ibidem*. Cf. 1575 ; *Arch.*, XLIII, 354.)

Trop m'oat greveit — sil ki m'ont fait guerpir — la riens, fors Deu, ke plux ain et desir. (1450 Incerti auct. *Arch.*, XLIII, 330.)

J'en morrai tous d'envie ; — del doux païx m'estuet partir. (1503. G. de Dijon (?). *Arch.*, XLIII, 324.)

A madame ai pris congié, — et guerpi ai son païs — quant perceü ont nos amistiez — felon, tant s'en sont entremis. (1087. *Moniot*, ined.)

tata erat hæc declamatio ut alius eam deridere potuerit :

> Je ne sui pais ebahis
> por iver ne por froidure
> ne por estrainge païs,
> lointain de ma noriture.
> (1538, Perrin d'Angecort, *Arch.*, XLII, 383.)

Quæ forsan e Provincialibus poetis desumpserant, apud quos vero propiora esse potuerunt (1).

Ne iis ipsis credere licet qui se propter dominas patriam relicturos affirmant ut cum Infidelibus dimicent : plures enim eadem testantes deprehendimus (2) quam ut aliquid veri hic fuisse credamus. Reipsa plures Palæstinam viserunt : parum autem verisimile est omnes non sine tristi discidio profectos esse : id cum jactant, se tantum majori laude ac miseratione dignos efficere forsitan tentant.

Medio scilicet ævo, patent communibus locis infinita spatia : sic exsilium, mortem dominarum, dissidium, gratiæ reconciliationem libentissime Provinciales tractabant, nec necesse erat talibus narratis veræ alicujus rei memoria inesset. Caveamus igitur ne, vitam poetarum ex eorum scriptis exactius describere tentando, nimia credulitate in errorem inducamur.

(1) Cf. B. de Ventadour, *Biog.* (R. V, 70) et *Non es meravelha; Tant ai; Quan vei la flor.* (R. III, 46; P. O. 7; *L. R.* I, 330); cf. *Claire d'Anduze*, R., III, 335.

(2) Cono Bethun., 1125, Sch., I, 2; Coucy, 679; F, 36; G. de Dargies : Par folie — l'ai laissie — en son païs; — en la Berrie (*sic* : l'Arrabie?) — et en Surie — m'en vois pour li mout pensis (795; ined., Pb[3], 88). Incertus auctor : 1659 (*Arch.*, XLII, 277), etc.

CAPUT SECUNDUM.

QUÆ FUERIT LYRICIS POETIS DE AMORE DOCTRINA, EAMQUE AB AUSTRALIBUS AD SEPTENTRIONALES MIGRAVISSE.

Hoc præsertim inter se differunt antiqui ac gallici medii ævi poetæ qui res amatorias tractaverunt, quod alteri tantum quidquid in pectore lateret, vivide ac candide exprimere, alteri potius scite ratiocinari ac communia quædam placita scholastico more explicare curabant. Hæc placita ab Aquitanis ad Francos primum defluxisse monstraturis, forsitan existimes viam brevissimam fore ut, qualia sint in priorum carminibus primum exponamus, dein, posteriorum opera evolventes, apud eos similia reperiri ostendamus : at, cum inter se non quamdam tantum cognationem habeant, sed proprie eadem sint, ad verbum expressa, bis eidem itineri, non sine multo legentis fastidio, fuisset insistendum. Semel igitur rem evolvemus, omnibus poetis, e Francia vel ex Aquitania oriundis, coactis in unum : at, his et illis locos mutuari, fidem dictis facturos et plane quidem similes, semper nobis curæ erit, ita ut e rebus ipsis illud manifeste eluceat quod probare voluerimus ; postremo, multo ante apud hos reperiri illas vitæ conditiones e quibus hoc genus nasci poterat, atque apud illos postea inde manavisse ostendendo, finem hujusce partis faciemus.

§ I.

De Amore.

Si quis animo sibi finxerit quæ censeat christianus homo de Deo ejusque magnitudine et potestate, de his quæ ei debeantur, de gaudiis quæ pios maneant, summa veritate nostrorum poetarum erga amorem sensus sibi repræsentaverit. Amor enim (1) (quo verbo non rem, nec vanum quoddam εἴδωλον, sed vivi aliquid exprimere videntur) Deus est : plurima igitur communia reperias quibus pariter hoc ficticium numen Deumque verum colant.

Ut universi homines, si christiano credas, in duo genera dividuntur, prout Deum adorant, aut mendacia numina sectantur, sic, si nostris adhibeas fidem, summum inest discrimen inter eos qui amoris legem ferre aut recusare gestiunt : Amori inservire illi maximum et ante omnia sacrum est officium, qui, bonis ortus, rectæ vitæ munia cognoscit ; alii contra, genus inimicum, omnibus grave, terræ inutile pondus; hocque maxime discrimine notantur qui contumeliose *vilain*, quique honeste *cortois* appellantur. Nec multum abest quin nostri poetæ illustrissimo hispanorum auctorum plane consentiant scribenti : « Caballarius autem (de *vago*, ut notum, caballario hic agitur), sine amore esset velut arbor foliis et fructibus excussa, et, ut vere dicam, corpus quoddam animi expers... Nullus est eorum sine *domina* et potius cœlum stellis orbatum videas : illud est proprie ex quo constant... Si quis forte sine domina reperiretur, non legitimus sed nothus habendus esset, et qui in egregium illum ordinem per fenestram, non per portam, intravisset (2). » Quid

(1) Hæc vox sæpissime plurali numero usitatur, semper vero feminino genere, ex quo fiunt quædam metaphoræ quas recenti lingua reddere haudquaquam promptum est.

(2) *Don Quichotte*, Iª pars., cap. 1; IIª pars., cap. 12.

prodest enim ille qui dulce hoc imperium respuit, nisi ut aliis oneri aut damno sit :

> Ben es mortz qui d'amor non sen
> al cor qualque doussa sabor ;
> e que val viure ses amor
> mas per far enueg a la gen?
> (B. de Ventadour ; Rayn., *Ch.* III, 45).

> Sens vos amer n'a ma vie mestier,
> ne ja ne veuil tot le mont enuier,
> ou aler mort vivant.
> (Coucy, 1009 ; Fath, 53).

> Diex, qui n'aime, de coi se set aidier ?
> Voist se rendre, qu'al siecle n'a mestier (1).
> (G. de Darg., 418. — *Arch.*, XLII, 342).

Optant igitur ut e mundo auferantur, si quando amare desierint :

> Ja Damedieus no m'azir tan
> que ja pueis viva jorn ni mes,
> pus que d'enueg serai repres
> e d'amar non aurai talan.
> (B. de Vent.; R. III, 45).

Amoris enim mandata, ut Dei, abnuere queas, scilicet amor non fato quodam in pectore nascitur : qua opinione poetæ nostri ab antiquis maxime differunt : apud quos, ut notum, nihil aliud est nisi vis ineluctabilis qua Venus præda potitur :

> Εἶδον Δέλφιν ὁμοῦ τι καὶ Εὐδάμιππον ἰόντας,
> τοῖς δ'ἦν ξανθοτέρα μὲν ἑλιχρύσοιο γενειάς,
> στήθεα δὲ στίλβοντα πολὺ πλέον ἢ τύ, Σελάνα...
> χὡς ἴδον, ὡς ἐμάνην, ὥς μοι πυρὶ θυμὸς ἰάφθη
> δειλαίας· τὸ δὲ κάλλος ἐτάκετο...
> κείμαν δ'ἐν κλιντῆρι δέκ' ἄματα καὶ δέκα νύκτας.
> (Theocr., Φαρμακ., 76-85).

(1) Cf. : Qui tel vie ne veut mener, si se voist rendre à Clairvaus (Jub II, 239).

Amans igitur, ægro similis, malum abominetur, quo uritur si compos sui adhuc sit ; ut æger, languet simul et ardet ; quid velit, nescit, nihil est quo non gravetur. Itaque impotens factus, Deo illi « Deorum hominumque tyranno » totum se tradit :

> ...Σὺν δὲ κακκαῖς μανίαις καὶ παρθένον ἐκ θαλάμοιο
> καὶ νύμφαν ἐσόβησ' ἔτι δέμνια θερμὰ λιποῖσαν
> ἀνέρος
>
> (Ibid., 135-8).

Longe abest ut ita de amore loquantur nostri scriptores ; multos quidem, aut potius multas nominare possis in heroïcis præsertim carminibus, quas, subito quasi ictu, adspecto juvene quodam, percussas amor improvisus domuerit : talia vero poetarum tantum imperitiæ aut parum callidæ antiquorum imitationi tribuenda sunt. Apud lyricos contra, qui fusius de amore ejusque causis et modis disseruerunt, nihil tale invenias : hic amans, eximiis feminæ cujusdam dotibus, nec magis forma quam animi virtutibus capitur ; non subito invitusque exardescit, sed dignissimam quæ ametur, inquirit, electamque se ipsum hortatur ut amet (1). Omnes jactant egregia quadam aut unica potius pertinacia amorem a se coli ; ut dæmonibus christiani, sic pravis illi sociis qui eos a stolida fidelitate dehortantur, indefessi resistunt : ergo ut prava eorum consilia sequantur, nescio quid illis suadet ;

(1) « Le moyen âge a conçu l'amour comme une sorte de fatalité intérieure. Ce n'est point la fatalité antique qui saisit l'homme subitement et sans préparation, qui le dompte et le châtie avec ses propres faiblesses ; c'est une nécessité que l'on se crée en même temps qu'on la subit, un élan auquel la volonté, moitié entraînée, moitié agissante, finit par accéder comme par une libre détermination. Le sentiment est, pour les poètes chevaleresques, une chose à la fois supérieure et humaine, une influence d'en haut en même temps qu'un effort vers une vie plus idéale. » (Bossert, *Tristan et Iseult*, p. 148-9.)

« L'amour, au moyen âge, n'a rien de commun avec la fatalité qui saisit l'homme subitement et sans préparation. » (Lange, *Étude sur Walther von der Vogelweide*, p. 250.)

cum seipsis luctentur necesse est, ut firmi ac stabiles in proposito permaneant ; nullum vix carmen est, eorum præsertim quæ Galterio *d'Espinau*, Galterio *de Dargies*, *Gace Brulé*, adscribuntur, in quo talia non invenias : frequentiores sunt hujusmodi loci quam ut aliquem excerpere utile sit.

Hoc quoque e fide christiana defluxit : quemadmodum ille qui *gratiæ* se docilem obtulit, nedum ei resisteret, gaudiis æternis fruiturum se confidit, sic amanti nullo modo dubitare licet quin debitam mercedem aliquando accipiat ; frustra pervicax ejus domina collum jugo submittere recusat, frustra Amori obluctatur : in illo inter feminam Deumque conserto prælio, non potest Deus victoriam tandem non referre, sibique fideles voti compotes facere :

Mas Amors vens tota cauza
quem venquet de lieys amar,
atretal pot de lieys far
en una petita pauza.

(B. de Vent. ; R III, 48).

Per qu'ieu sai ben a escien
qu'anc fin' amor hom non trays

(J. Rudel ; R. III, 27).

Maix quant saveis cuer k'en vos ait fiance,
a cent doubles gueridoneis pesance.

(G. d'Esp., 119 ; *Arch.*, XLIII, 264).

Finz amis ne se doit removoir...
Car fine amor puet plux un jor valoir
k'elle ne fait tous les autres doloir.

(Id., 1874 ; *Arch.*, XLIII, 321).

Bien sai de voir ke faillir à sa gent
ne puet Amour, sa droiture ne ment.

(Blondel, 482 ; Tarbé, p. 13).

Non igitur sublimi quodam mentis impetu et gratuita pertinacia, sed quia præmii futuri certi sunt, et quid sibi maxime prodesse debeat, intelligunt, sese in fide permansuros testantur : quin imo, eo graviores fuerunt augustiæ, quo illus-

trius erit præmium (hic quoque nonnihil christianæ disciplinæ licet agnoscas). Igitur, ut quidam quos Ecclesia in numerum beatorum retulit, sacro quodam furore abrepti, nihil a Deo petunt, nisi ut majori ac majori eos dolore cruciet (1), sic nostri magis ac magis pati gaudent, ac mala semper renascentia ab Amore exposcunt, aliosque dedignantur minimos tantum dolores expertos :

Ben aiol mal e l'afan el cossir
qu'ieu ai suf·rt longamen per amor,
quar mil ai'ans m'en an mais de sabor
li ben qu'amors mi fai aras sentir.

(Perdigon ; R. III, 341).

E quant je plus plaing et sospir,
plus sui joianz quant plus m'air.

(G d'Espinau, 590 ; Fath, p. 78. — Cf. Dargies, 376 ; F. 74. — Gace, 1429 ; *Arch.*, XLII, 256).

Amors teile houre fut jaidis
k'estre me laissiés en paix,
maix or seux je verais amis

(Gace, 1465. ; *Arch.*, XLIII, 279).

Dont bon gré li doi savoir
c'ainc ne vi hore du jour
ke ne me feist doloir
ma douce dame anemie.

(Id., 857. In. Pb[3]23).

Nec dolorem tantum appetunt quo majoribus gaudiis fruantur : quidam saltem, sensu exquisitiori, ab Amore præsertim, quoque modo res eis succedat, hunc alacriorem animi habitum exquirere videntur, in quo, pluribus et calidioribus repletus affectibus, se largiori quasi vita vivere sentit et lætatur, quod feliciter recens quidam ita expressit :

Qu'importe le flacon, pourvu qu'on ait l'ivresse?

Doucement m'aura engignié,
se ja plus n'en cuidoie avoir.

(Blondel, 1095, T. 61).

(1) Exemplo sint clarissima illa inter Hispanos beata Teresa, et omnes qui, decimo quarto potissimum sæculo, cruenta stigmata carni impressa tulerunt.

Que la mort me semble vie :
mout ai fait sage folie.
(Id., 1399 ; *ibid*, 66).

Per Deu, Amors, por fol se puet tenir
ki de vos pairt ne se vait eschevant,
car vos faites les dolereus joians,
et les joians refaites vos sentir
celle dolor dont il cuident morir.
(Dargies, 264 ; *Arch.*, XLII, 384).

§ II.

De Amante.

Nec immerito Amori, vel præmiorum parco, gratias agunt : etiamsi enim illa, quæ affectant, non acceperint (quod quidem fieri non posse arbitrantur), Amor tamen in eos maxima beneficia contulit, scilicet per illum viri boni (gallice *cortois vaillant*) effecti sunt :

Qu'en luec bos pretz no s'abrit
leu, si non ve per amia :
pueis *dizon tug*, quant hom fai falhimen :
« bem par d'aquest qu'en donas non enten. »
(R. de Miraval ; R. III, 362).

Qu'amor melhural melhor
e l'aut auss' el gensor gensa.
(Gaucelm et B. Gaucelm ; R. IV, 19 et P. O. 363).

Cuers k'en li (amour) fait arestance
de cortoisie fait hoir,
jolis de douce acoentance,
de lairges voloirs
hardis de tous biens embraicier,
fers en honor sens chaingier.
(Moniot, 242 ; *Arch.*, XLI, 352).

Cel qui d'amours a droite remembrance
il ne puet pas a faintise penser.
(G. de Beaumont, *H. Litt.*, XXIII, 587).

Amor primum has virtutes suadet quibus homo, supra humilia elatus, quæcumque grandia, quæcumque generosa affectando omnibus sese venerandum simul et invidendum præbet. Ex eo enim oritur divinus ille afflatus, *gaudium* (1) illud quod omnes virtutes gignit.

Tres potissimum, si poetis credas, sunt consequendæ :

> E si li platz quem retenh a celat,
> per tres razos don li drut son amat
> li serai bos...
>
> (R. de Miraval ; P. O. 226) (2).

Quæ sint illæ, apertius docet alius :

> A la joie apartient
> *d'amer molt finement,*
> et quant li lieus en vient
> *li doners largement ;*
> encor plus i convient
> *parler cortoisement.*
>
> (Blondel, 1921 ; T. 43).

Omnium virtutum quas poetæ celebraverunt, nulla est quæ ad eas referri non possit : sic nullam aliam prorsus invenies in illis quos explicatius enumerat *Elias de Barjols* qui, cum viri perfecti exemplar adumbrare velit, a singulis amicis proprias cuique dotes mutuatur, scilicet « coyndia, gensozia, donar (qu'es la senhoria), belhs respos, guabar, cavallairia, sen, cortezia, chansos, gayeza, drecheza. » (R. III, 351) (3). Conferas etiam licet :

> Leialz amicx cui amors ten joyos
> deu ben esser alegres e jauzens,
> larcx et adregz, arditz et amoros.
>
> (P. de Capdoil ; R. III, 170).

(1) Lingua vulgari *joy, joja :* hoc verbum ad regionem proprie meridianam non pertinet, in quâ *gaug* fuisset, sed potius ad pictavensem, in qua quidem, cum ibi primi omnium poetarum floruerint, hæc omnia primum elaborata fuisse verisimile est.

(2) Cf. id , R. III, 357 : « Dels quatre mestiers valens—per que cavalliers an pretz — es bel solatz avinens — un dels melhors... » — Quid quarta res sit, nescimus, at eligendi tantum hæsitatione laboramus.

(3) Cf. alia fere ejusdem argumenti carmina : B. de Born, *Domna ;* R. de Vaqueiras, *Truan.*

Joios son ieu et ai mestier
De far plazer a bona gen,
d'onrar joglars, d'amar joven,
de dar enans qu'om no mi quier (1).
(D. de Pradas, P. O. 86)

Istæ quidem omnem fere hominum illius ætatis vitam complectuntur : quæ enim (quod saltem ad optimates attinet) tota inter pares aut inferiores agebatur, nunc in exercitibus foras ducendis, nunc in sollemnibus domi conventibus habendis : si autem liberalis fueris, non erit ullus tuorum, vel domi, vel militiæ qui ulla re indigeat (quod tunc potissimum, si fidelibus sociis uti velis) ; si in dicendo, in excipiendo quocumque comis, omnibus inter quos versaberis, gratum te facies.

Nihil autem splendidioribus laudibus extollitur quam largitas (quæ *Juventutis* soror dicitur (2) : in dialogo quodam, Rambaldus vituperat Albertum *Marques* quod Genuenses expilaverit : at ille, crimen non abnuens : « Ita egi, ait, quo liberalior erga sodales esse possem,

e non per manentia
ni per thesaur, qu'ieu volgues amassar.
(R., IV, 9.)

Latroni igitur, dum sis munificus, tibi esse licet. Hoc præsertim vir vere magnus alios supereminet : Alexander ille, tantopere tunc celebratus nulla alia causa omnibus regibus in exemplum proponitur, nisi quod nummos prodige effudit. Nec necesse est cuiquam prosit largitas, per se ipsa laudabilis : ideo caballarius quidam quod triginta millia solidorum spargere et triginta equos, magno pretio emptos, urere jusserit, magnopere laudatus est (3).

(1) Arnaut de Marsan (R. V, 41) variaque carmina quæ dicuntur *Ensenhamens*. Cf. Bartsch, *Grundr.*, § 31 sq., 52.

(2) *Jovens* — e *Donar* qu'era sos fraire. (Marcabrun ; *Chrest.*, 54.)

(3) Quod factum anno 1174, in concione quadam Ugerni (*Beaucaire*) habita, evenisse dicitur. (Galfridus, prior Vosiensis Chronicon, p. 321 sq., ap. *Histoire*

Ne percontemur, a quibus talia orta sint aut saltem vehementer commendata : originem enim res ipsa prodit : nil mirum si joculatoribus istis, mendicis et continuo vagantibus, nec vitam aliunde quam ex alienis muneribus trahentibus, ad mensam quemcumque adhibere, vestimentis et equo donare, benevole tandem excipere ante omnia laudabile visum fuerit.

Sic se erga omnes gerere debet quicumque amoris leges sectatur : at, peculiaribus erga mulierem adamatam officiis adstrictus, aliis etiam signis, præsertim cum in conspectu ejus est, dignoscitur : ea quidem cum prioribus plane congruere affirmare non ausim : at quæ in scriptis reperi, fidus interpres, refero.

Amantem primum pallidum esse decet : nam

> Amors noircist viaire et taint (1).
> (Méon, IV, 149. Cf. Mætzner, 164.)

Quicumque igitur rubicondiori erant ore, excusationem quærunt, testanturque amorem, quamvis imo pectore condatur nec in facie appareat, nihilominus, aut potius magis, ut ignem cineri suppositum et ideo flagrantiorem (2), ardere. Oportet etiam (quod assequi facilius) tristis incedat, oportet noctu vigilet, parum loquatur, minus edat, sæpe lacrymet (3). Necesse est etiam ita cogitationibus intentus sit ut nullius

générale du Languedoc, Nova édit., Toulouse, 1879, VI, 60. Cf. And. Capell., *De arte amandi*, ap. Rayn., II, CVI : Amor semper ab avaritiæ consuevit domiciliis exulare.

(1) Omnis consuevit amans in coamantis aspectu pallescere (Andr. Capell., ap. Rayn., II, CVI.)

(2) Hæc enim istius ætatis opinio : Car li carbons sous la cendre — couvers, c'est li plus ardans. (Simon d'Autie, ap. Dinaux, III, 456). Cf. alia exempla ap. Mætzner, 168.)

(3) Omnia ista, non injucunde in jocum versa apud P. Cardinal : *Ar mi puesc eu lauzar d'amor*, R. III, 438, Bartsch, *Chrest.*, 174. Cf. And. Capell. R. II, CVI : Minus dormit et edit quem amoris cogitatio vexat.

rei, ne sui ipsius conscius remaneat : illum ergo salutem, quam accepit non reddere, ne miremur nec irascamur :

> Per so ja mais nuills hom no m'ochaio
> sim saluda, et ieu mot non li so.
>
> (F. de Mars., *En chantan ;* cf. A. de la Hale, de Coussem., p. 46.)

imo, a latronibus imprudens abduci possit Si ante dominam est, tremat (1), muti vicem gerat, et præsertim amorem aperire, vel modestissimis verbis, sibi non insumat :

> Lairos me poirian emblar
> ja no sabria dir ques fan.
>
> (B. de Vent., R. III, 55.)

> Las que farai, pois non li aus retraire
> ans quan la vey, estau a lei de mut.
>
> (P. Raimon, R. III, 125.)

> Qu 'ieu non aug qui parla ab me
> ni fatz mas tremblar e frire.
>
> (G. Faydit, R. III, 291) (1).

> ... ki devant li me fait dormir veillant (3)
> tous esbaihis m' i obli en estant.
>
> (Gace, 42, *Arch* , XLIII, 380.)

> ... et k'il m'avient sovent
> ke je m'obli pensant entre la gent.
>
> (Coucy, 209 ; F. 62) (4).

Amorem igitur qui fatetur, peccat : et in hoc quidem plurimi peccaverunt, nisi tamen cantando fateri liceat :

> tant la dopt e la reblan
> que ges de mi non l'aus preyar.
>
> (B de Vent., R. III, 55.)

(1) Andr. Capell. R. II, CVI : In repentina coamantis visione, cor tremescit amantis.

(2) Cf E. de Bajols, R. III, 353 ; Gui d'Uisel, III, 379 ; G. Magret, III, 420 ; Cercamon, P. O. 250, etc.

(3) Cf. Folquet de Marseille (*Ben an mort*) : A Leis quem fai veillar durmen.

(4) Cf. G. d Espinau, 199 (*Arch* , XLI, 355) ; Coucy, 40 (F. 50) ; Dargies, 738 (*Arch.*, XLII, 243). V. Mætzner, 172-3.

Que s'ieu la preyava de re
tem que pueis si guardes de me.
(Peyrol, R. III, 272) (1).

Je ne li os noiant
requerre que ne me chose
car trop dout son mal talent.
(Gace (?), 1939, *Arch.*, XLII, 253) (2).

Instare saltem vetatur; nihil nisi exspectare, tacitus et patiens, debet : quod sexcenties a poetis decantatum invenimus. Satius est etiam hic res in longum trahatur quam alibi prospere eveniat :

Qu'am mais de vos lo deman
que d'autra tener baizan.
(B. de Born, R. III, 141) (3).

Mius aim a li faillir, si me promete,
k'a une autre acever.
(Coucy, 986, F. 55) (4).

Ante omnia, amorem ceteros celet : amor enim publicus amor jam non dici potest (5), ita ut G. *de Borneil* fidissimos amicos a se ante prodendos esse contendat quam eos amoris sui conscios faciat (6) :

(1) Cf. Molière, *Préc. ridic.*, sc. IV : ... « Et cette déclaration est suivie d'un prompt courroux qui..... pour un temps, bannit l'amant de notre présence. » Cf. P. Rogier, R. III, 32; G. Faydit, III, 293; G. d'Uisel, III, 379; A. de Sarlat, III, 387, etc.

(2) Cf. Id. (*Ibid.*, XLII, 256); Coucy, 790 (F. 39); Blondel, 1495, 3, 802 (T. 40, 47, 45), etc.

(3) Cf. A. d'Aragon, R. III, 119; B. de Born, III, 142; Arn. de Marveil, III, 208, 214; Pistoleta, III, 228; Ber. de Palasol, III, 235-7; Blacas, III, 338; P Vidal et Blacas, IV, 23; etc. Cf. etiam Mætzner, 202.

(4) Cf. Gace, 1779 (*Arch.*, XLII, 260); Coucy, 790 (F. 40); G. de Soignies, (Scheler II, 22), etc.

(5) Qui non celat, amare non potest (And. Capell., ap. Rayn., II, CV., ... Amor raro consuevit durare vulgatus (*Ibid.*, CVI).

(6) R. III, 304; cf. B. de Vent., III, 43.

Que nulhs no sap de mon cor vas ont es.
Ans qui m'enquier de cui se fenh mos chans,
als plus privatz estau quetz e celans
mas que lor fenh de so que vers non es.
(U. Brunet, R. III, 317) (1).

Pres sui del penr' e del grazir
e del celar e del blandir.
(Guilh. IX, R. III, 4) (2).

Optant etiam ut inimici sui fiant infantibus similes, ne quid ab eis percipiatur :

S'ieu saubes la gent encantar,
miei enemic foron enfan,
que ja hom no pogra pessar
ni dir ren queus tornes a dan.
(B. de Vent., R. III, 54.)

At, quamvis taceant amatores (nec semper tacent), nullam fugit quam mercedem exspectent, nec exspectare quidem, sed tantum manifestius aut acrius efflagitare prohibentur ; nunquam enim amorem, quem « platonicum » dicunt, tam humilium obsecrationum finem fuisse, ab omnibus intelligebatur (3) ; quod plures loci, in quibus immorari parum utile sit, apertissime declarant :

... si nom baiza en cambr' o sotz ram.
(Guilh. IX, R. III, 2.)

(1) Sciunt omnes Dantem, ut amorem melius celaret, aliam mulierem a se amari simulavisse Similiter egisse fertur F. Massiliensis (R. V, 151) — Cf. R. III, 114.

(2) Cf. B. de Vent., III, 42, 64, etc.; P. Raimon, R. III, 128.

(3) Quod utique verum est, saltem si de prioribus agitur; mox enim amor in nubes et meras argutias evanuit : quod optime expressit A. Thomas in opere cui titulus : *Francesco da Barberino*, p. 53 sq. : « Mais est-ce là (la perfection chevaleresque) la véritable et unique fin de l'amour? Les premiers troubadours sont encore trop près de la nature pour le penser et le dire sérieusement : il n'est pas difficile de voir où ils tendent en réalité..... Il n'en est plus de même chez les derniers représentants de la poésie provençale. Ils ont pris très sérieusement le change, et, ayant une fois lâché la proie pour l'ombre, ils se sont

... Com quem des lezer
d'una noitz ab lieis jazer.
(V. de S. Antoni, P. O., 202.)

..... K' el vergier
fut entre nos dous l'autr'ier
ma joie renouveleie.
(G. d'Espinau, 504, *Arch.*, XLII, 335) (1).

§ III.

De Domina.

Veluti virtutes, quibus vir optimus efficitur, ut Amantem ornent, omnes inter se conveniunt, — neque mireris sane tam eximiam amantis excellentiam, cum suam ipse imaginem nobis adumbret, — Domina eam speciem feminæ præstantissimæ reddit, qua nihil perfectius mens concipiat. Ea vero species, qualis a poetis nostris exprimitur, semper sibi constat : credas mulierem eamdem ab omnibus celebratam fuisse.

Femina enim, quam colunt, primum pulchra, quin, inter omnes pulcherrima habetur :

D'aisso sai grat als autres trobadors
que quascus pliu en sos digz et afia
que sa domna es la gensor que sia.
(A. de Marv., R. III, 213.)

La plus bele ki soit de mere née.
(C. le Bouteiller, 1730, Mætzner, XXIII, 38; cf. 212.)

Dotes cunctas, quibus pulchritudo ejus eminet, singillatim enumerant. Has autem dotes pares omnino invenias,

acharnés à faire de cette ombre une réalité. Il leur suffisait, en somme, de tirer des conséquences extrêmes des idées émises par leurs prédécesseurs. » Cf. *Ibid.* p. 121.

(1) Cf. Guillh. Adhemar, P. O. 258; III, 192; J. Rudel, III, 99, etc.

cum in septentrionali, tum in australi Galliarum parte (1), ex qua similitudine elucet non veras vivasque mulieres, sed commenticium et inane exemplar animis poetarum obversari : nihilo scilicet inter se unquam differunt, nisi quod alii brevius, alii accuratius descriptiones suas concinnant.

Sola tamen pulchritudo parvi pretii sit, nisi primum nobilitati jungatur : mulieres omnes, de quibus agimus summo loco ortæ sunt, amantesque sæpius claritudine generis multo antecellunt. Poetæ igitur omnes fatentur se non sine insania majora conari; neque his questibus quasi jocantur; nisi enim ii fuissent qui cogerentur humiliorem fortunam excusare, non tam libenter prædicavissent nullum sortis discrimen apud amantes valere :

Qu' hom non deu garder en amor
grant paratge ni aut richor.

(F. de Romans, *Lex r.* I, 492.)

Francheza al fin cor verai
trai amor enan,
mas paratges la dechai,
quel ric son truan.

(Peyrol, R. III, 272) (2).

Virtutes etiam omnes laudesque domina in se colligit : quæ vero ægre distinxeris, cum parum perspicuis verbis notentur : *Valors* aut *Pris*, id est excellentia, *Chasteté*, quam virtutem ab amante extolli mirum fortasse est, *Sens*, scilicet mens recta. Nonnulla verba, quibus vis magis propria inest,

(1) Exempla, quæ innumerabilia sunt, proferre parum utile sit : V. apud occitanicos B. de Vent. R. III, 59, 81; G. de Cabestaing, *ibid.*, 109; B. de Born, 135, 138; G. Adhémar, 197; A. de Marveil, 202 (præsertim); B. de Palasol, 241; U. de S. Circ, 333; P. Vidal, *Lex. rom.*, I, 408; A. de Sescas, *ibid.*, 502; apud septentrionales Coucy, F. 63; Dargies, 1633; 178; incertum, 1271, *Arch.*, XLII, 256; Adan de la Hale, Jeu de la Feuillie, ap. *Anc. Th. fr.*, p. 58. — Cf. etiam P. Meyer, *Jahrb. f. u. r. Lit.* V, 397; Renier, *Il tipo estetico della donna nel medio evo, Ancona*, 1885.

(2) Cf. B. de Ventad., R. III, 79 et L. R., I, 830; Perdigon, R. III, 345; Arn. de Marv., L. R. I, 350, 355; cf. Mætzner, 254.

feminæ præsertim cultæ et eleganti adscripseris : sic laudantur ars cum aliis conversandi, comitas nimiæ facilitatis expers, suumque cuique tribuere docta, gravitas decora, festiva tamen humanitate condita, fabulandi callida facultas :

Mi dons, per son bel aculhir
e per son belh douset esguar.
(Guilh. IX, R. III, 3.)

Ensenhamen e beutatz
plazers ab gen parlar
gent acoillir et honrar
cortes' ab gaia semblansa.
(A. de Marv., P. O. 18.)

Qu' ilh es als pros plazens et acoindans
et als avols es d'ergulhos semblans,
largu' es d'aver e d'onrad' acoindansa.
(R. de Vaqueiras, R. III, 258) (1).

Dame cortoise enseignie.
(J. de Grieviler, 1142, Mætzner, 46; cf. 193.)

La muelz vaillans del mont et la plus gente
et elle ait tout en li sen et savoir.
(G. d'Esp., 749, *Arch.*, XLI, 360.)

La grans valors et li sens m'ait conquis
ki est en vos sens fin et sens mesure.
(G. Brulé, 1923, *Arch.* XLIII, 247.)

Hé franche riens, plainne de cortoissie...
de tous biens fais, quant je plux en remir
vostre solais et vostre compaignie.....
(G. d'Esp., 1208, *Arch.*, XLIII, 300) (2)

Vitium tamen est quo tot virtutes offuscentur : nempe, mulieres perfectissimæ dilectissimæque, si poetis nostris fidem

(1) Cf. G. lo Ros, R. III, 8; B. de Ventad., III, 50, 87; G. de Cabest., III, 106; B. de Born, III, 141; A. de Marv., III, 200, 216 et L. R. I, 350; Uc de la Bac., III, 341; P. de Capd., III, 176; E. de Barjols, III, 356; Gir. de Calanson, III, 389; E. Cairel, III, 431; Bereng. de Palasol, L. R. I, 359; G. de la Tor, L. R. I, 484; G. Faydit, L. R., I. 368.

(2) Cf. Robert de Blois, *Chastoiement des Dames*, Méon, II, 184 sq.

adhibeas, acriter lenocinantur; etenim immerito isti quererentur ob vota contemptim fastidita, nisi una voce contenderent seipsos ultro a mulieribus appetitos; illæ quidem, ut aiunt, postquam eos in servitium amoris illexere, mox succensere cœperunt mercedem rogantibus toties arridenti vultu promissam :

> Per lo sieu ris quem fes tan doussamen
> quem fon avis merce n'agues breumen.
>
> (Cadenet, R III, 250.)

> Pero sim fo douss'c bona
> ma domn' al comensamen,
> ara nom acuelh nim sona
> plus que fai a l'autra gen.
>
> (Peyrol, R. III, 277) (1).

> Li biau semblant qu'en ma dame veoie
> m'ont plus grevé, que ne m'i vuet aidier,
> que s'el me fust cruels a l'acointier.
>
> (Blondel (?), 1754, F. 72) (2).

At non ideo uxoriis scrupulis laborant et cogitatione mariti cohibentur; nunquam, ut amantes coerceant, ad fidem officiumque confugiunt. Annuunt renuuntve prout libet. Conjugio tamen tenentur; nam, cum Francorum carmina verbis incertioribus scripta sint quam ut nos talia dilucide doceant, Provinciales apertius loquuntur. Ceterum in vitis poetarum nonnulla referuntur mulierum nomina, nuptarum omnium ; at ne unum quidem carmen exsistit virgini dedicatum. Postremo, multa in carminibus verba fidem rei abunde faciunt; eamque vitam hæ mulieres agere solent, ea libertate videntur frui quæ virginum conditioni, qualis medio ævo instituta erat, omnino repugnent.

(1) Cf. E. de Barjols, R. II', 353, 354; P. Raimon, P. O. 29; J. de Bonels, P. O. 203; Cercamon, P. O. 251.

(2) Cf. Blondel, 120, 2124 (T. 37, 36); G. d'Espinau, 954; *Arch.*, XLI, 365; Gace, 171, *Arch.*, XLII, 334; 1923, *ibid.*, XLIII; Coucy, 980, F. 55.

Notat Saint-Marc Girardin (*Cours de litt. dram.*, IV, 408) e marito, uxore et amante trinitatem quamdam oriri, cujus beneficio tragicis comicisque poetis ceterisque scriptoribus quorum fabulis delectamur nostra ætate unice esse licet. Medio contra ævo, non ita se res habuit, nemine maritum unquam curante, nonnisi in plebeiis carminibus apparentem, de quibus alibi disserui ; adde quod in his etiam ridiculam personam agere solet, neque magis vivam effigiem reddit quam « nervis alienis mobile lignum ». Eum etiam passim deprehendas apud veterrimos poetas simpliciori stylo utentes, propiusque ad imitationem vitæ incumbentes (1) : nonnulli dominam hortantur ut marito resistat, optant ne acrius maritum curet. Mox evanescit omnino, poetis magis ac magis ratiocinantibus : non sine videlicet certo consilio ab iis imago dominæ amantique pariter odiosa expellitur ; ne multa, ita loquuntur ut eum nusquam esse tibi fingere queas.

§ IV.

De Laudatore (le losengier).

In locum mariti irrepsit aliquis quem poetæ nostri *laudatorem* vocant. Quis esse existimandus sit vir iste ambiguus, quem conviciis lacessunt acerbissimis, cui vero nullum crimen peculiare verbisque manifestis definitum ingerunt, nunc inquirendum nobis est.

Origo est verbo *losengier* provincialis : nominis (*pr. lauzengiers*) verbive (*pr. lauzengar*) vicem agit ; ipsum

(1) Sapchatz grand talen n'auria — queus tengues en loc del marit. (C. de Die, R. III, 26).

Luenh es lo castelhs e la tors — on elha jay e sos maritz. (J. Rudel. R. III, 95.)

Qu'ieu sai qu'om vos destrenh per me, — e sil gelos vos bat defor — ben gardatz que nous batal cor. (B. de Vent., R. III, 66.)

C'or m'eüst or son lit presteit — Deus, cil ki l'ait espousée. (G. de Provins, 422 ; Wackernagel, *Altf. Lieder*, 32.)

autem provinciale vocabulum *lauzenja* e themathe vocabuli *laudare* oritur in modum vocabuli *blastenja* e **blastemiare* (*blasphemare*) ; forsitan etiam verba **laudemia*, **laudemiare* in infima latinitate fuisse suspicari licet (1). Hæc vocabula Bartsch (2) interpretatur : *calomnie*, *calomniateur*. Hic tamen sensus non primigenius esse putandus est : etenim, si etymon considerabis *laudare*, intelliges necesse esse ut prior sensus fuerit *louer* ; qui sensus, mox in pejus interpretatione tractus, necnon ad exemplar ejusdem vocabuli **blastemiare*, in sensum evasit : *flatteur*.

Alius sensus, e priori sine labore detortus eamdem vim habet quam : *courtiser une femme*. « Laudator » enim nihil hic aliud est nisi amoris petitor et postulator (3).

At dicas poetam ipsum non alii operæ intentum esse. Sane amoris petitor est, ideoque *laudatorem* ut æmulum, odio flagrantissimo prosequitur : eum igitur mendacem, infidum—nonne illud erat exspectandum?—se ipsum unice fidei et constantiæ participem contendit. Ceteri nunquam vere amant, verum blandiuntur, mentiuntur : caveant mulieres :

> Quar on plus vos faran parven (li lauzengier)
> queus amon de cor vertadier,
> adoncs vos cujan descazer.
>
> (D. de Pradas, P. O. 86.)

> Mais li felon plain de rage
> sevent si biau leur langaje

(1) Litera *z* in locum literæ latinæ *d* substituta vocem provincialem esse, non francicam probatur.

(2) *Chrest. prov.*, Gloss. s. v°.

(3) Frequens quidem apud medii ævi scriptores, jam apud Christianum Tricassensem : Constantinopolitanus imperator prima nocte cum uxore concumbens « s'est an grand painne et an estuide — de la pucele losangier » (Cligès, édit. Fœrster, 3352.) Cf. « Car onques n'an poi savoir rien (d'amour) — par losange ne par parole, — s'an ai mout esté a escole — et par maintes foiz losangiée. » (*Ibid.*, 1026), et, sensu jam in pejus tracto : « Par buene amor, non par losange. » (*Ibid.*, 2808)... « Car teus i a qui par losange — dient nez a la jant estrange... (*Ibid.*, 4435)

et leur mos polir
c'on se sait choisir
liquels a loial corage.
(G. de Berneville, 934, Sch., I, 81.)

Ai! Dieus, ara fosson trian
li fals drut el fin amador
quel lauzengier el trichador
portesson corn el fron denan.
(B. de Ventad., P. O. 4.)

Jou vauroie con seüst bien coisir
liqels aiment de cuer sans trecherie.
(R. du Chastel, 913, Mætzner, 29; cf., *ibid*, 195.)

Ita fit ut, miro quidem et jocoso spectaculo, poeta, feminam ipse pellicere omni modo conatus, virtutem ejus invidiose custodiat atque adversus eos defendat qui ipsum tantummodo imitentur (1). Ceterum non dubium est quin ab eis eodem modo incesseretur, amansque ab æmulo quoque contemptissimus *laudator* haberetur (2).

Quibus ergo criminibus obnoxii sunt laudatores si quando definitis petantur (3)? Duobus præsertim in quibus cetera continentur, scilicet, *mentiri* et *divinare* :

La fauce gent maleüréee
k' entre mentir et devineir
ont si amor destorbée...
(Gace, 613, *Arch.*, XLII, 274.)

(1) V. præsertim G. de Dargies, n° 1421 (ined.) quod vere, ut tunc aiebant, *Chastoiement* dici possit.

(2) Illud verbum *losengier* recte a nobis fuisse explicatum manifeste demonstrant verba incerti cujusdam scriptoris : (Les mesdisants) ne héent rien autrestant — comme il héent loial amant. — et ont seur eus mortel envie —..... porce qu'il ne pueent avoir — cele joie. di je por voir — qu'il ont sus fins amans envie. (A. Jubinal, *Jongleurs et Trouvères*, p. 110.)

(3) Quod rarissime quidem evenit : verba enim sæpius minime manifesta invenias, ut in sequentibus locis :

Quar gelos savai — et avols gens lafura — et avol lauzengier — son d'amor guerrier (G. Faydit, R. III, 287)

Li lauzengier elh fois devinadors — abiyssador de joy e de joven. (Cl. d'Anduse, R. III, 335.)

Contrals lauzengiers enueyos — mal parlans, per cui joys delis. (Arn. de Marv., R. III 211.)

... Une gent c'on ne puet trop despire — felon sans foi, cuvert et medissant. (Gace, 42, *Arch.*, XLIII, 380.)

Mentiri primum dicuntur, id est amorem prave pro se agere famam appetitæ mulieris nihil curantes, proprios triumphos sine fine jactantes, ne multa, amorem nunquam in serium vertentes, at nugarum modo ineptiarumque exercentes. Num majori crimine, num graviori vulnere rivalem lædere possis?

> Ai, cum m'an mort fals amador truan
> que per un pauc de joy se fan trop guays.
>
> (B. de Ventad., R. III, 50.)

> Neguna res non es tan fort esquiu
> com es d'amor lauzenjador bradiu
> que ai poder que menta so que pliu;
> mas fos verais e tengues so que diu.
>
> (G. Adhémar, P. O. 259.)

> Quant oi en parole entrer
> chascun de sa desirrée
> et lor menconge aconter
> dont il font tel asamblée,
> ce me fait m'ire doubler.
>
> (Gace, 838, inéd.)

Mentiuntur etiam dominas apud amantes, amantes apud dominas, ut eos inter se distrahant, falsis accusationibus insimulantes : queruntur enim poetæ quod eorum mendacia et prava consilia (*mensonges novellières*) amantes sibi inter se infideles faciant :

> Ni fols lauzengiers non creya
> de mi, ni s'albir
> que vas autras vir.
>
> (G. Faydit, R. III, 284; cf. B. de Born, B. *Chrest.*, 113.)

> Douce dame, tant m'ont ochoisonneit
> faulz tricheor en lor parolle vainne,
> k'en lor mentir m'ont si desconforteit
> pres ne m'ont mort, Deus lor doinst male estrainne.
>
> (Gace, 437, *Arch*., XLII, 354.)

Nec ob ullam aliam rem dicuntur « divinare », id est excubias agere, esse in speculis, artes amantum et dolos aucu-

pari, nonnunquam fingere, deprehensos prodere, confessionem etiam blandis verbis elicere (quos ergo ut maxime noxios blanditores cavere summopere necesse est), nomina amantium, vel temere, aperire : *losengier* ergo idem denique valet quod *mesdisant*, *mauparlier* (1).

No mo tuelha paors de lauzengiers,
que ja negus non er tan plazentiers ..
que ja sia de mos afars devis...
Aitan se pert qui cuia plazers dire
ni lauzengas per mon cor devinar.

(Arn. de Marv., R., III, 217.)

Li lauzengier son d'un escuelh
ab aquels que van devinan
l'autrui joy.....

(B. de Palasol, R., III, 239.)

d'autrui joy se fan devinador.

(B. de Ventad., R., III, 50)

Deus ki les orroit entre aus
conteir et dire sovent
lors faus adevinement
de faire mensonge voir.

(G. d'Espinau, 1059, *Arch.*, XLIII, 350.)

Si amerai
magreit toz ceauls ki m'en sauront gaitier,
et, si Deu plaist, se bel lou cellerai
ke nel sauront felon ne losengier,
ne ma dame n'i aurait reprovier.

(Gace (?), 283, *Arch.*, XLI, 365.)

Quæ omnia minime mira sunt : is enim natura est amor honestus (*cortois*) qui dissimulari debet (2) : noscetur, peribit. Qui vere amant fidei suæ convenire existimant

(1) Cf. germanico medii ævi sermone, *merkære*, *lügenære*, *ruegære*. (Mætzner, 113.)

(2) Pouc valt amors dont est [et] noixe et cris. (Gace (?), 281, *Arch.*, XLI, 365)

procul a domina discedere, ubi primum ceteros latere desierunt, ne in vituperationem incidat (1). Non gravius igitur concordes impediveris quam si horum amorem prodideris; non facilius efficies ut domina amantem excludat, quem esse voti compotem suspicatus sis, quam si nomen ejus publicaveris. Quis vero talem exitum optet, nisi is qui in locum exclusi succedere cupiat! Multi igitur poetæ non sine tristibus querelis fatentur se, cum jam in eo essent ut votis potirentur, *laudatorum* artibus concidisse (2). Nihil magis eis nocebat quam quod tam invidiose observarentur; nec non verisimile est a *laudatore* aliquem sine mora monitum fuisse, de quo nunquam poeta loquitur, quem vero non fieri potest quin aliquantulum curet, maritum dico.

§ V.

Priorum Epitome.

Ad summam Amor, qualis a lyricis describitur nullo modo differt ab amore qualis in poematibus Christiani Tricassensis, velut in poemate cui *le Chevalier a la Charete* inscribitur titulus, celebratur, ita ut existimem etiam eum ad lyricorum exemplar sese conformasse. Quomodo vero Christianus amorem depinxerit vir veterum litterarum nostrarum peritissimus G. Paris subtilitate eximia explicuit (*Romania*, XII, 518 sq.) : liceat mihi a judice tam arguto verba aliqua mutuari, quibus melius elucebit res ipsa de qua agimus.

(1) V. supra, p. 22.

(2) Si no fos gen vilana — e lauzengier savai, — ieu agr' amor certana (B. de Ventad., R. III, 85; cf. id. III, 91). — Se li enuis de la gent mauparliere — ..... ne me feïst doloir, — j'eüsse bien joie fine et entière (G. d'Espinau, 590, Fath, 78). — Mais en cel point ke dui avoir mon don, — lors fu m' amors enseignie et mostrée (Coucy, 786, F. 57). — A mien espoir eüsse je joït, — se ne fuissent li felon esbahi (G. d'Espinau, 1073, *Arch*, XLII, 272).

1° Amor illicitus est, utpote qui conjugio repugnare omnino prædicetur : vult enim per se unum constare ; furtivus igitur est, atque simul ac pervulgatur evanescit.

2° Talis amor ut nasci possit, mulierem viro præstare necesse est (1) : amans, præsenti domina, semper tremit : non desinit illa in memoriam amantis revocare quam cito, quam levi culpa eam amittere possit.

3° Domina semper conatur amantem meliorem efficere (quod gallice dicunt : *le faire valoir*).

4° Postremo amor ars est, et doctrina et virtus, certisque legibus regitur.

Amor ergo illicitus, atque, ut nullis ambagibus utar, adulterii reus, quoniam nunquam intra modum quem *platonicum* dicunt, se coercuit, virtutis civilis instar colitur, civilis disciplinæ loco habetur. Arbiter fit elegantiarum, ipsa fere officiorum regula. Sane non major unquam data est cupidini libertas, eaque jura quæ nostra ætate non sine invidia *G. Sand* ei vindicavit medii ævi poetæ audacius etiam asseruere (2).

Credas quidem vix potuisse fieri ut apud christianos populos hujuscemodi doctrina circumferretur. Attamen ita fac-

(1) Viro cuidam, contendenti « que totz fis amaire... deu aver autan de seignoria et de comandamen en ella, com ella de lui », mulier (*Marie de Ventadour*) se assentire nullo modo posse respondet (Vita Mar. *de Vent.*, P. O. 266; cf. dialogum inter eamdem et *Gui d'Uisel*, R. IV, 28).

(2) Longtemps tenue de court, longtemps soumise à une dure tutelle par les lois de la cité antique, c'est le moyen âge qui affranchit la passion. Désormais, elle triomphe, elle est inviolable et sacrée, elle brave le ciel et la terre : les vertus ne sont que ce qu'elle veut; elle étend ou borne ses devoirs à sa fantaisie. Le respect de la femme ! Mais l'antiquité l'avait connu, j'en atteste Octavie et Porcia Et l'ivresse du plaisir, tous ses poètes l'ont chantée ! Ce qu'elle avait ignoré, c'est le culte de la passion, c'est la jouissance unie à l'adoration mystique, c'est la vertu s'engendrant dans le cœur par l'enthousiasme de la beauté. Point de vertu sans exaltation, point d'exaltation sans amour, point d'amour éternel sans l'éternelle illusion, et l'illusion, le mariage la tue. Ainsi raisonnèrent les descendants des Germains. » (V. Cherbuliez, *Le Grand Œuvre*, p. 185.)

tum est, neque facti rationem nos admodum latere ego judicem. Christianorum nempe disciplina primum evenit ut mentibus, angustiori in limite jampridem æstuantibus, nova infinitaque spatia paterent, cupidoque ipsa incitaretur et levaretur, felicitatis æternæ, qualis in sinu Dei promittitur, avida. Christo si fidem adhibeas, non e timore, verum amore Dei oritur et manat perfecta vitæ bonæ regula. Quantulus autem amor est officii unice contentus! Officium, vel si eo ardenter functus sis, amori vero non sufficit qui, quo perfectior evadat, suam ex se ipso regulam hauriens, officia fastidit quæ vilia plebeiaque existimat. Hos vero sensus, quibus divinus amor alitur si humano amori adscripseris, nascentur ultro omnia quæ poetæ nostri disserunt.

Sane in eis plurima theologorum doctrinæ repugnant: nunquam tantum amori divino Ecclesia concessit, ut morum disciplinam unice regeret et in locum officii veniret. At, cum correctiones quasdam huic opinioni adhibent, nonne theologi aliquantulum a principiis desciscunt? Nonne viros Ecclesia in canonem sanctorum retulit plus ausos quam theologi? Nonne licet, ut Deum sequaris, parentes relinquere, munia publica abdicare, in speluncas arenasque Thebaïdos confugere, conjugii jugum excutere, sicut sanctus ille Alexius, die ipso nuptiarum fugitivus? Christianorum disciplina in mysticas argutias facile incidit, suntque in ipso Ecclesiæ sinu fere certis temporibus quasi reciproci mystici ardoris æstus.

§ VI.

Apud Aquitanos horum placitorum originem esse.

Nobis hic demonstrare primum in animo fuerat (concessos autem fines egredi nolumus deque ea re fusius forsan aliquando tractabimus), eas omnes de amore opiniones non e jugi fonte poematum francicorum (*Chansons de geste*), aut

britannicorum (*G. de Monmouth ; poèmes et romans de la Table Ronde*), aut operum denique, quæ apud Anglorum reges XII sæculi, Henricum præsertim secundum, effloruerunt (*Wace, Benoît de Sainte-More, Marie de France*) effluxisse. Sequitur ut in Meridianis primum creverint : reipsa is fuit, temporibus istis, morum in australi regione status quocum optime cohæreant.

Decimo jam undecimoque sæculo, cum in septentrione apud nobiles nihil aliud in honore esset nisi indefessa belli cupido (1), australes viri apud quos vitæ cultior usus erat, tranquillitate magna fruebantur. Super ceteros eminebant principes nonnulli, duces scilicet Aquitaniæ, Tolosæ Provinciæque comites, qui ad tuendam pacem inter inferiores valebant, ipsi minime turbarum certaminumque avidi. Cum, ea ætate, quoscumque ad pugnam ducebat dux aleret omnique sumptu adjuvaret, nihil bello molestius erat principibus : ergo illi, nunquam post expulsos Saracenos pace turbata, ingentes divitias congesserant. Sic viri opulenti arguta acrique mente præditi, vitæ magnificæ et blandæ inter se conversandi dulcedine assuescere cœperunt. In circulis aderant joculatores a quibus omnes delectabantur (2).

Qui mores, post primum bellum adversus Infideles gestum invaluerunt et pervulgati sunt, moxque ubique celebrabantur ludi, feriæ, solemnes curiæ, atque una erat inter omnes luxus et lautitiarum æmulatio.

Nihil vero his temporibus magis proprium fuit quam quod priorem locum mulieres ubique habebant. Eorum gratia

(1) Cf. varia historicorum testimonia apud Ch. Pfister, *Études sur le règne de Robert le Pieux*, pp. 161-163.

(2) Cf. verba Rad. Glaber (ap. Aubertin, *Hist. de la littérat. fr.*, I, 347) sæpissime jam adhibita : isti homines « omni levitate vanissimi, moribus et veste distorti, armis et equorum phaleris incompositi, a medio capitis nudati, *histrionum* more barbis tonsi » qui tantæ offensæ Francis fuerunt, nihil aliud, nostra opinione, erant nisi joculatores, sæpius ab historicis illius ætatis, elatius dicendi genus affectantibus, *histriones* appellati.

monituque quæcumque agebantur (1). Sane codicem illum amoris ipsæ dictavere, quem nuper explicabam : non enim fieri potest quin ipsæ sibi tam honorificas leges indixerint. Non alia ratione amor in carminibus lyricorum dominatur, quam æqualium vitam occupaverat regebatque. Scilicet suos ipsi poetæ, qua erant fere cuncti paupertate et ignobilitate, suos sensus et vota ceteris imponere non potuissent. Verum a mulieribus is cultus vitæ quem ardenter amplexi sunt, primum inchoatus fuerat. Neque ullum in serie temporum aliud factum evenit, quod ad perpoliendam vitam humanam majoris momenti foret. Tum primum viri mulieresque libere inter se conversabantur in circulis nullo alio consilio institutis. Nunquam Athenis neque Romæ quidem, ubi tamen sua fuit feminis libertas, talia evenere. At ex iis moribus qui medio ævo gliscere inceperunt, nostrorum temporum mores originem traxere, postquam per septem sæculorum spatium mulieres non desierunt iisdem artibus eademque auctoritate præpollere.

Sine dubio feminæ, quæ primæ omnium sese arbitrio virorum exemerunt auctoritatemque ipsæ usurpaverunt, necesse est non mediocri ingenio præditæ fuerint ; fuerunt quidem, utpote quæ tantum ausæ sint, cultissimæ et argutissimæ, mente et forsan moribus liberæ, acerrimeque in omnia exarserunt quæcumque splendent animosque oblectant. Eam vitæ formam conatæ sunt instituere quæ forsan lubrica et periculosa esset, aut vix etiam constare posset, verumtamen mulierum indoli mire conveniret, quamque nonnisi vi copiaque ingenii solertissima fultæ sibi finxissent.

Patet eas in eo elaboravisse ut hominum mentes expolirent post multa infelicia barbaraque pæne sæcula rudes omnino

(1) Quar domna fai valer ades — los desvalens els fels engres, — que tals es pros et agradius — que, si ja domna non ames, — vas tot lo mon fora esquius. (G. de Cabest., R. III, 111.)

et incultas. Cernere enim licet sermonibus in præsentia mulierum vulgo ea ætate habitis, necnon ipso stylo quo amantes, vel quam maxime vigente illa morum humanitate quam descripsimus, aliquando utuntur (1), quam necessaria esset istius modi correctio.

Conatæ sunt igitur unice viros feminasque in circulos communes adducere, ubi dominarentur humanitas elegantiæque : virtutes enim quas celebrabant, optabantque ut exercerentur, vocantur uno verbo : *cortezia, cortoisie* (2), quo verbo nihil aliud intelligas nisi artem suaviter conversandi cum aliis eximiam. Virtutes quas ab amante exposcunt, quibusque sese ipsas ornatas esse prædicant, quas igitur præcipue æstimant, concluduntur arte alios comiter excipiendi, in publicum decore prodeundi, fabulandi acute (3).

Brevi autem dissolverentur circuli nisi voluptas hilaritas-

(1) Vide liberrima verba in dialogo inter Rufinum et dominam ejus (R., V, 437), aliumque cujus tres feminæ participes fiunt (R. V, 366) ; cf. *ibid.*, 370, et G de Berguedan, M. G., 593 ; cf. etiam Augier, R. III, 104 : E non ai ges crezensa, — puesca guerir, s'ieu no complisc lo joc ; B. de Born, (Bartsch, *Chr.*, 113) : Quan serem sol dins cambr' o dins vergier, — falham poders deves mon companhier — de tal guiza que nom puesc ajudar. — Fatetur idem eodem loco non inusitatum fuisse alios ludendo decipere : S'eu per jogar m' aset pres del taulier, — ja noi posca baratar un denier ..

Quomodo vir summo loco ortus feminæ amorem declarare non dubitaret, docet scriptor quidam, ducem Normannorum et ducissam Pictavensium simul discumbentes inducens :

Et la dame en une ele mort — et puis tantost l'a mise jus ; — maintenant l'a ahiers li dus, — en cel lieu a ses dens fichiés — ou la dame ot ses dens touchiés... — Le pié li marche maintes fois — et pince es hances de ses dois, — sa gente char li bleche entor ; — la contesse mua coulor, — ne sait que puist faire ne dire ; — le chief encline, puis souspire... (*Roman du comte de Poitiers*. p. p. F. Michel, 1831, p. 8.)

(2) Undecimo jam sæculo, opponuntur inter se viri cultus illius docti et rudes : El plus cortes vilanejar — els totz vilas encortezir. (Guilh. IX, R. III, 4.)

(3) Bel acullhir, gen parlar, gen acoillir (V. *supra*, p. 23). — El cortes dig e l'amoros parer (G. de Cabest., R. III, 106). — L'acuillir el gen respos (B. de Born, III, 141). — El gen parlars el belhs solatz. (Aim. de Marv., III, 200), etc.

que inessent : feminarum omnium, quas poetæ canunt, laudantur præcipue acumen jocandique lepos (*gabar*, *rire*) :

A ma domna Elis deman
son adreg parlar gaban.
(B. de Born, R. III, 140.)

Jamais non er cortz complia
on hom non guap ni non ria.
(Id., R. III. 136.)

Verum acumini urbanitas modestiaque inesse debent, caveasque ab offensione omni frigidioribusve nugis :

N'o m'a sabor...
ni trop gabar ab folia...
(G. Faydit, R. III, 297.)

De tota vilanias gar
d'escarnir e de foleiar.
(Marcabrun, R. III, 374.)

Ni no m'azaut de trop gabar
ni de companha d'avol gen.
(Pistoleta, P. O. 382.)

Virtutis enim quam *cortesia* vocabant proprium erat et ipsa lex modum in rebus cunctis servare, teretem atque rotundum sese omnino præstare ; plebeio tantum homini licet extra modum exspatiari (quod dicunt : *se desmesurar*) (1).

In uno tamen possis modum transgredi : nunquam scilicet profusiore largitate eminebis. Non enim satis erit si circulos nulla umbra offuscabis ; necesse est, quod ad te attinet, eos novo splendore exornes. Pecuniam contemnere prima igitur

(1) Cher fils, observez toujours sens et mesure. (*Gir. de Roussillon*, traduit par P. Meyer, § 180. — Honz sanz mesure ne vaut un alier (*R. de Cambrai*, ed. Le Glay, p. 83, ap. L. Gautier, *La Chevalerie*, p. 29. — Ses mesura sens ni sabers — no val ni gran manentia (P. Fabre, P. O. 366). — Cf. conflictum inter *Mezura* et *Leujairia*, P. O. 367. — Germani quoque poetæ sæpissime laudant, nostrorum vestigia secuti, « diu mâze » (Bartsch, *Vortræge*, p. 225).

viro nobili virtus est : quod poetæ, ut jam notavi, eo acrius frequentiusque prædicant quo major ipsis ex hoc utilitas nascebatur.

Etenim curiæ poetis abundabant ; nam natura fiebat ut musici (neque medio ævo musicam a poesi disjunxisses) joculatores, omnisque generis histriones, ex urbe in urbem errabundi, in castella undique occurrerent in quæ eos honoris simul et lucri spes vocaret : notum est avos nostros, ut Græcos Romanosque, histrionibus operam commisisse ut in conviviis festisve animos oblectarent. Istis vero carmina fabulasve varias recitantibus, tali consuetudine mox litteræ adjutæ sunt et promotæ, maximam quidem partem in illis conventibus sibi vindicantes :

> Mas l'un vol qu'om cant d'amor,
> l'autre vol motz de folor,
> l'autre leu vers per entendre.
>
> (G. de Calanson, P. O. 142.)

> Mas d'una res soi en greu pessamens ;
> don viura joy si cantars l'es emblatz ?
> ni co sera cors ben amans triatz
> si ja non es ni jogans ni rizens ?
>
> (Uc Brunet, P. O. 112.)

> Cuendas razos e novelas plazens
> contem hoimais et aiam bel solatz.
>
> (Ibid.)

Sensim mos increbuit, ortaque est poesis Provincialium, lyricorumque nostrorum ars effloruit. Mulierum quoque gratia evenit ut in circulis cultus litterarum glisceret : nempe qui ministrabant eis canebant simul fabulabanturque ; adde quod eo majore studio poetas tuebantur quo ardentius laudes eorum affectabant. Multas invenias quæ ipsæ se poesi colendæ tradiderunt, pluresque etiam fuisse abundant testimonia :

> « Mout l'amet e la servit en *contan* et en *cantan*. »
>
> (R. V. 180, in Vita Guill. *de Balaun* (1)

(1) Cf. ibid., 383 : R. de Miravals .. la metia enans.. ab sas cansos et en comtans.

Per cui er hom mais honratz e servitz,
Ni per cui er bos trobars entendutz ?...
Ni per cui er belhs motz ris ni grazitz ?
Ni per cui er belhs chans fagz d'avinen ? (1)
(A. de Pegulhan, R. III, 428.)

Omnes virtutes quibus ea efficitur quam vocabant *cortesia* et quæ, in summa, naturæ singulariter repugnant, aliquo animi habitu nascuntur quem vulgo appellabant *Joy*, ipsum amoris vi compositum. Æstus est animi quidam mirus, quo homines supra viles sensus extolluntur vividoque impetu in omnia pulchra generosaque impelluntur, vel si videantur non sine amentia tentari posse (2). Qui tali æstu impletur, nihil nisi illam cogitat quam amat cujusque gratia omnia amittere non recusaret. Si quis contra frigida ratione utatur, importunus habetur odiosusque (3), qui propriam vitam exornare nesciat, aliorumque voluptates offuscet. Qui sensus omnes inter se optime cohærent et ex amore pendent. Quomodo alii ex aliis oriantur exactissime descripsit A. *de Marveil* : quem si sequaris, *cortezia* gignit humanitatem *(solatz)* quæ amorem parit, ex quo nascitur gaudium (*joys*) ; gaudium virtutem (*valor*) procreat, qua præcipue exornamur :

Ses *joy* non es *valors*,
ni ses *valor honors*,
quar *joy* adutz *amors*,
et *amor domna* gaya,
e *gayeza solatz*,
et *solatz cortezia*.
(R. III, 221.)

Mulieres igitur eo consilio rem gerebant ut amorem ei pollicerentur quem tanquam discipulum docilem propriis

(1) Hic de muliere quadam paulo ante defuncta agitur ; hujuscemodi carmina dicebant *planhs*.

(2) Cf. Fauriel, *Histoire de la poésie prov.*, I, 500.

(3) Cf. etiam : Cor ses don n'o ma sabor — ni dona senes amor — ni cavaliers dezarmatz — ni joves manens senatz, etc. (G. Faydit, R. III, 297).

artibus docuissent. Ita fiebat amor elegantiarum arbiter, egregie factorum fons, et quasi sacris omnibus præerat inter homines cupidinibus flagrantes et qui domini jugum exuissent qui se non amabilem præstitisset (1).

Quod si ita eum conceperis, natura fit ut amor talis evadat qualem eum supra depinximus. Primum virtus est, quod fortasse minus est mirandum, cum sit etiam virtutum omnium origo. — Attamen, non nisi illicitus esse potest : necesse est enim ante omnia vir mulieri inferior sit, mulieri obnoxius; ergo tantum extra conjugium exsistit ; neque minus repugnat consuetudini publicæ et non dissimulatæ : quodcumque enim pacto simile est perdit eum. Poetæ sæpe affirmant sese dominæ « ligios homines » esse; at parum apte tali comparatione utaris, cum essent medio ævo inter « seniores » et « homines ligios » mutua officia pactis condicionibus constituta. In amore contra jura omnia feminæ, viro officia cuncta attributa sunt. Quod si domina aliquem ex amatoribus dignum judicet quem respiciat, caveat ne ei unice seipsam reservet seponatque ; at contra liceat semper unicuique eam ambire, mercedemque sperare egregiorum facinorum. — Sic fit, miro sane et inopinato modo, ut ab amore, quo uno potestas feminarum nititur, femina tamen quasi prohibeatur. Ne virtutem omnem perdat, ut sit vere magnorum rerum fecundus, eum semper femina polliceatur, nunquam concedat. Si concedatur, sit saltem culpa summo secreto sepulta. — Erant ceterum aliæ etiam, minus honestæ causæ quibus femina induceretur ut secretum exsposceret.

Omnes illæ opiniones, minime adulteratæ in septentrionem migraverunt; sed patet eas ibi non ultro e moribus hominum ortas esse, verum imaginem morum australium potius referre. Idcirco minus manifestis verbis exprimuntur, neque licuisset eos tam exacte exponere, si francicorum tantum

(1) Mezura es en gent parlar — e *cortezia es d'amar* (Marc., R. III, 373).

carminum nobis copia fuisset. At imaginem eam, quam dixi, morum externorum, non sua culpa minus absolutam poetæ effinxere : ceterum eam non tam falsam esse quam vera incertioribus lineis reddere jure dixeris.

§ VII.

Quantum illæ opiniones de amore mores immutare valuerint.

Non parvi momenti esset inquirere quantum illæ opiniones ad immutandos æqualium mores valuerint : neque, ut id propius inspicias, testimonia te deficiant. Verumtamen tali inquisitioni longius persequendæ non indulgebimus qua fortasse extra limites propositi nostri abduceremur, remque solum breviter adumbrabimus.

Primum verisimile est has opiniones non altius penetravisse : male duraret civitas si ab iis regeretur quæ ordinem ipsum civilis status subruunt. His enim vim legum obtinentibus, nonne jura sunt cupidini quasi sacra? Nonne civilibus legibus rebellare licet, quo facilius leges Naturæ amplectaris, tam studiose postea a Joanne *de Meung* celebratas ?

Si facta vero ipsa intueberis, eidem sententiæ assenties, videbisque in meridianis Galliarum regionibus non eam semper fuisse rerum speciem quam idyllia poetarum referunt. Etenim amorem, simul ac celebratiore usu colitur, sui æstus deficiunt ; amas, amoremque versibus profiteris veluti arma tractas aut veheris equo.

Non immerito dubites num poetæ nostri sinceris omnino altioribusque affectibus moti fuerint (1). Sane non sine periculo e stylo quo redduntur affectus ipsos judicabis ; attamen

(1) Cf. Folchetum Massiliensem de semetipso et amicis loquentem quos *Azimans* et *Totz-Temps* appellat : C'atressis son, cum ieu, pauc amoros — mas fant semblant de so don non an cura (*Per Dieu, amors*).

fatendum est persæpe poetas, vel cum ambitiosa voce amorem suum jactant, nihil aliud nisi nugatores acutosque ineptiarum concinnatores videri (1). Inest amori eorum multum ostentationis et superbiæ; non indole, sed genere et dignitate præstantissimam feminam colunt; reipsa tantuli virtutes veras faciunt, ut nonnulli eas tantum exsposcant quæ amanti quam minime exoptabiles sint, eas dico quibus alii amatores alliciantur : quin, Pontius *de Capducil* lætatur ob plurimos dominæ precatores *(preyadors)* qui numero quanti valeat testantur (R., III, 182); *Daude de Pradas* amori gratias agit quod mercedem nondum acceperit :

> Quar sim volgues aissi cum ieu la vuelh,
> non agra pueys don la pogues servir...
> Qu'ieu no vuelh ges aver quist ni trobat
> dona que trop m'aya leu joy donat.
>
> (R. III, 414.)

Simili modo, Ugo quidam colloquenti persuadere tentat rem esse optabiliorem illum esse supplicem quam si eum domina precaretur cum gaudium gravi labore partum majori sit voluptati (2).

Ne miremur si hujusmodi amor inter virum feminamque ardescat longo spatio divisos. Fieri potest ut fabula sit quod de *J. Rudel* narratur, feminam prosequente quam nunquam viderat et in conspectu ejus moriente; verum fabula nemo offendebatur (3). Eadem ceterum apud alium invenimus :

> Quar ieus am mais que nulha res que sia,
> et anc nous vi, mais auzit n'ai parlar.
>
> (G. de Béziers, R. III, 133.)

(1) V. præsertim R. *d'Orange : Escoutatz*, Bartsch, *Chr.*, 69 ; Petrum *Rogier*, *Entr'ira* et *Al pareissen* (R. III, 36, 27). — Arn. *Daniel*, passim. — Hic nihil esse nisi facetias putabis.

(2) R. IV 30. Cf fabellas in Vitis quorumdam narratas, R. V, 180 et 352. Cf. etiam And. Capell. (R. II, CVI) : Facilis perceptio contemptibilem reddit amorem, difficilis cum carum facit haberi.

(3) De ea re conferas licet Stengel, Præfat. ad *Durmart le Gallois*, p. 501 sq. (*Litter. Ver. in Stuttgart*, vol. 116), Stimming, *Der Troubadour Jaufre Rudel*, Kiel, 1873, p. 22.

Commercia igitur talia sæpius ficticia fuere, et, ut ita dicam, mendacia moribus consecrata : amorem mulieris expetere nihil aliud fuit nisi virtutem ejus profiteri, confessioque amoris civile obsequium.

Neque majorem vim huic confessioni mulieres tribuebant; gloriabantur admiratoribus circumdatæ; nempe feminam nemo amabat quin ejus laudem versibus extolleret :

> A vos l'autrey (amorem meum)
> per enantir vostre pretz et honrar.
> (G. de Cabest., R. III, 3.)
>
> .....e de son laus enavantir.
> (Guilh. IX, R. III, 3.)
>
> .. Qu'en manhs bos locs fatz auzir sa lauzor.
> (P. de Capd., R. III, 176) (1).

Lætabatur cujus virtus pulchritudoque celebrabatur; erant carmina quasi elegantiarum acta diurna (2). Mulieres igitur vota obsequiumque poetarum captabant, quorum illustrissimi, ut decet, præcipue appetebantur : multa pervenere ad nos carmina quæ jussu mulierum quas auctores canunt composita sunt (3).

At ideo quod panegyricum admittunt, poetis præmium se daturas non pollicentur. Legimus in vita R. *de Miraval* eum carminibus nobilem feminam exornasse quæ, postquam fama

(1) Cf. vitam R. *de Miraval* (R. V. 383) : « E non era neguna gran domna ni valens que no dezires e no se penes que el entendes en elha o que li volgues be per domesteguessa, quar el las sabia pus onrar e far grazir que nuls autr'om; per que neguna no crezia esser presiada si Raimons de Miraval no fos sos amics ».

(2) Cf. B. de Born, *Domna;* R. de Vaqueiras, *Truan* ; E. de Barjols, *Bels Guazanhs*.

(3) Nom puesc sufrir d'una leu chanso faire — pus prec e man n'ai de mon Ereubut (P. Raimon, R. III, 121). Cf. G. Faydit, *ibid.*, 290

Ne puis faillir a bone chanson faire — quant ma dame me prie ke je chant (Gace, 160, *Arch.*, XLIII, 273). — Cf. id., 1198 (In.), 1407 (*Arch.*, XLIII, 340). — Cf. et G. d'Espinau, 649 (*Arch.*, XLIII, 298); 2067 (*ibid.*, 322); Coucy, 790, F. 39, et plurima alia.

ejus ita innotuerat, dimisit eum regemque Arragoniæ ei anteposuit (1).

Utilitas, nisi virtus adesset, mulieribus suadebat ut severitate uterentur. Eo enim diutius amatores suos sibi addicebant quo melius cavebant ne alicui morem gererent. Sic Celimena timet, si Alcesti nupserit, ne a cunctis deseratur. Interim « quos oculorum dulcedine pellexit, comitate et urbanitate retinet ». Sane pleræque inter eas quos *trovatores* cecinere non pejus calluere artem amantes captandi et alios aliis opponendi, nihil nisi « spem » concedentes (2). Veterrimi poetæ, tam callidis artibus decepti, mirantur indignanturque; dein quid vellent mulieres melius intellectum est, nemoque aliud quam ludum e ludum exercentibus expetivit.

Num tamen nunquam accidit ut mores læderentur ? Certe eadem jactantia, qua interdum defendebantur feminæ, interdum contra concidebant. Non licebat semper cunctando rem trahere; aliquando necesse erat promissa explerentur, non ab omnibus modestissime in memoriam revocata :

> Si bem devetz encaras lo jazer
> quem promezetz quan n'aurialz lezer.
> (P. de Barjac, R. III, 242.)

Erat sua poetæ illustri auctoritas quam non caute læsisses et ille qui secretum gerenti morem pollicebatur, recusantem minis non contemnendis terrebat :

> Qu'aissi cum suelh enansar sa lauzor,
> li sabria percassar son damnatge.
> (Cadenet, R. III, 245.)

(1) R. V, 386.

(2) Quæ si parum apte hæc ibi memorata putes, conferas licet versus sane simillimos, cum res ipsa sit simillima :

« Madame, on désespère — alors qu'on espère toujours ». Cf.: Desesperatz ab alque d'esperansa (Uc de Saint-Circ, R. III, 331). — . Que nom desesper — ni aus esperansa aver (Folq. de Mars, M. G, 106). — *Oronte :* « Choisissez, s'il vous plaît, de garder l'un ou l'autre » — *Alceste :* « Oui, Monsieur a raison, Madame, il faut choisir. » — Cf. : Que sol amic me denhetz apelar (G. de Cabest., III, 107). — Et estarai tro sia oc o no (G. Magret, III, 422).

Tot so que val pot nozer atressi.
Doncx sius tenc pro, Deus poiria dan tener.
(Folq. de Mars., R. III, 161) (1).

Harum rerum omnium indicia exactave testimonia non desunt. Sine dubio, poetæ leges amoris magis novere quam ut nobis narrent quæ tegenda sunt. Sunt tamen passim verba quæ non ægre interpreteris (2). Ab auctoribus Vitarum notantur libentissime victoriæ poetarum in militia amoris relatæ (3). Ipsi mariti non videntur jura sua acrius vindicavisse (4). Raro amantes fortuna crudelior oppressit : adde quod talia de nonnullis narrantur quæ parum firma fide nituntur (5). Si læsus sit aut timeat ne lædatur, sæpe maritus æmulum modo removet (6). Nonnunquam mulier quæ suspicionem marito movit domi servatur, quod non fieret nisi periculum immineret satis formidandum. Verum sunt mala quæ cautionem non habeant : *Marcabrus* ait mulieres quibus non vacat maritos cum amantibus nobilibus decipere custodibus ipsis contentas esse (7). Poetæ interdum ipsa ignobilitate juvabantur, nedum impedirentur ; homines erant minimi ponderis quibus sine mora te liberaveris, simul ac placuerit. Vulgo prædicabatur diviti pauperem amantem anteponendum esse (8).

(1) Plures reipsa in feminas antea amatas vehementissime invehuntur, in carminibus præcipue quibus nomen erat *Comjatz* : V. G. d'Uisel, P. O, 264 ; G. de Puicibot, R. III, 365 ; G. Faydit, III, 288.

(2) E sequentibus versibus licet suspicari multos plura accepisse quam fatentur : Mant fin leial amant — n'an fait per de cujar clamor, — qu'enaissi creisson lor dolor — e lor joi tenen baissan (R. IV, 11.)

(3) R. V, 123. Eodem loco, Provinciæ comitissa amantem hortatur ut nonnihil audeat.

(4) V. præsertim vitam R. *de Vaqueiras*, R. V, 417.

(5) Præsertim quæ de G. *de Cabestaing* referebantur. De eis v. G. Paris, *Hist. litt.*, XXVIII, 376 sq. — Cf. tamen miserabiliorem exitum amantis cujusdam, Rambaldi, aut potius Rainaldi nomine, *Romania*, XVII, 591-5.

(6) Cf. vitam B. *de Ventadour*, R. V, 69, et *ibid.*, 281.

(7) Marcab., *L'autr'ier a l'issida d'abriu ; — Ivérns vai* et passim — Cf. fere eadem apud Guil. IX : *Companho non posc mudar*.

(8) Quid hæc significent (R. V, 384) : « Que lai tenian per morta tota domna que fassa son drut d'aut baro », non plane video.

In summa, mulierum virtus neque matrimonii sanctitate, neque religione defendebatur, cum illud despiceretur, hæc parum alte penetravisset animos, ita ut e tam sublimi doctrina videatur manavisse facilitas morum singularis, quam alii toleravere, alii immoderate exercuere. Communia, quibus uti solemus, disciplinæ moralis præcepta sæpe parum auxilii conferunt ad virtutem confirmandam ; angusta sunt et fortasse vulgaria; præstant tamen talibus placitis, quæ, frigidæ rationi repugnantia, hominem supra humanam sortem ita tantum extollere valent ut mox lapsu graviore cadat. Vitæ genus instituere in animo habuerunt mulieres, de quibus agimus, quo vigente e pulcherrimis sensibus pulcherrima facinora orirentur. At contra accidebat ut, consuetudine amorem simulandi aut de amore temere disserendi corrupti, pravissimas opiniones circa officia homines conciperent, utque, gliscente arte non tam amandi quam lenocinandi (1), inter viros feminasque æmulatio perpetua inesset, utque in summa, cum viderentur feminæ cultu quasi mystico adorari, sensim crescerent pessimi isti sensus quibus in poemate dicto *de la Rose* offendimur : dico nimium sui amorem, altum feminæ contemptum, virtutum omnium singularem incuriam. Ergo liceat contendere mulieres, quarum auctoritate talia provenerunt, ita colendis moribus et urbanitati commendandæ operam dedisse ut quasi pignus in alea proprium honorem deposuissent, neque semper prosperiore alea esse usas.

Verum si mores fortasse læsi sunt, invaluit humanitas, ingeniaque cultu novo nituerunt. Jam vidimus talem fuisse prioribus temporibus vitæ usum qui omni elegantia et subtilitate careret ; melius res postea se habuisse senties, si carmina lyricorum ceteris ejusdem ætatis scriptis conferes.

(1) Cf. proverbia quæ vulgo ferebantur : Ains est bele forterece — d'akerre c'onkes nus ne pris a. (G. d'Amiens, 2, ap. Mætzner, 49). — Ce dient cil qui vont trecant, — il uns le va l'autre contant : — « Peciés n'est de feme traïr. » (*Le Bel Inconnu*, ap. *Rom.*, XV, 10).

Inest illis tantum pudoris, leporis, veneris etiam quantum his illiberalis et horridæ rusticitatis. Mulieres, cum sermonem nisi grandem elatumque tolerarent, litteras et urbanitatem certe promoverunt.

Necnon subtilissimis et, ut ita dicam, scholasticis, de quibus disserebant circa amandi modos generaque quæstionibus ars fabulandi adolevit. Nempe antiquissimis jam temporibus in usu fuit hujuscemodi quæstiones proponere et quasi ænigmata, quibus ex improviso responderes (1). Apud alias gentes et aliis ætatibus hunc usum viguisse verisimile est; at tunc res subtiliores tractabantur et acutiori promptiorique ingenio opus erat.

Postremo, cum nobiles omnes sibi ipsi operam injungerent ut carmen concludere venuste assuescerent, non parva utilitas tali æmulatione orta est; non omnia quidem quæ concinnavere carmina maximi facias; attamen in omnibus fere leporum decorisque nonnihil reperias. Non licuerat aut non libuerat principibus viris ut bonis artibus a pueritia informarentur; mox, juvenes facti, quo melius placerent mulieribus, studiis quæ primum neglexerant, vacabant.

Conabimur in sequenti capitulo quæ fuerint litteris illa ætate propriæ virtutes, quæ peculiaria vitia breviter ostendere; jam vero affirmare possumus eas litteris certe præstitisse quales, post quatuor sæcula, similibus causis modisque, effloruerunt. Sane inter viros qui domum frequentavere quam *Hôtel de Rambouillet* appellamus, fuere quidam e clarissimis scriptoribus qui septimo decimo sæculo vixerunt. In summa tamen non multa nisi maxime mediocria in hoc circulo elaborata sunt, si opera dominæ *de Scudery* excipias, epistolasque Vetturii, lepidas quidem, verum non magni momenti; cetera, varietate egentia elegantiaque satis communi concinnata, non immerito negliges.

(1) *Revue des langues romanes*, III (1872), p. 324, et P. Meyer, *Documents manuscrits*, p. 217, n. 1.

Carminibus autem nostris, quanquam ipsa non plurimi per se valent, saltem ea vis fuit ut eorum gratia apud vicinas gentes ingenia quasi adolescerent(1). Nunquam Petrarca cecinisset, nisi *trovatoribus* succrevisset, et, nisi exstitisset ipse Petrarca, quis scit num sedecimo sæculo nostrisque etiam temporibus eum litteræ cursum tenuissent quem peregerunt?

Novimus jam opiniones illas, quæ in Provincia circumferebantur, in Septentrionem integras migravisse, ibique eas externo exemplari accommodatas videri, nedum e moribus ipsis provenerint. Sane non negandum est nonnullos elaboravisse ut idem vitæ genus in Septentrionis regionibus instituerent, quod in Provincia vigebat; nisi res ita gesta esset, non orta essent carmina quæ ad nos pervenerunt, neque tantum numerum eorum invenires, nisi jussu nobilium scripta fuissent. Verum mores externi populi difficilius imiteris quam litteras; sua est cuique genti propria quasi forma, quam exuere non possit. Igitur in Septentrione minus ardescebat litterarum studium, poetisque lyricis non tam acriter neque tamdiu principes faverunt. Namque, ut unam tantum causam promam, non nisi in curiis Franciæ, Campaniæ et aliquot vicinarum provinciarum hoc genus excultum est, neque ante finem duodecimi sæculi; incipiente autem vix tredecimo, certaminibus fere perpetuis regiones istæ laceratæ sunt. Postremo, curiæ Francorum, cui jam concedebatur politiorum morum arbitrium, mox præfuerunt femina minime fabulis intenta, juvenisque princeps cujus austera virtus firmaque ratio periculosis libidinibus repug-

(1) « Le mérite des Provençaux est d'avoir introduit dans le monde roman l'idée d'une poésie élevée par la pensée, distinguée par la forme, capable de satisfaire les esprits supérieurs, et cependant s'exprimant non en latin, mais en langue vulgaire. Quand l'idée eut fait son chemin, la voie se trouva ouverte à toute une poésie qui ne savait par où entrer dans le monde, qui n'attendait qu'un exemple pour s'épanouir à son tour en pleine lumière. » (P. Meyer, *Romania*, V, 256.)

nabant. Itaque certum est in Septentrione apud lyricos, cum amores suos canant, minus veritatis et plus fabularum referri quam apud australes poetas fieri solet. Alteri suam quisque formam et quasi vultum habent, quem, cum carmina eorum legimus, nobis fingere non sine verisimilitudine possumus ; sæpe etiam quam vitam vixerint eorum versibus aperte docemur. Alteri contra, si forte Cononem Bethuniensem excipias, inter se omnes similes sunt, imagoque *Gace Brulé*, ut exemplum proferam, imaginibus *Blondel*, Gualterii *de Dargies* ceterorumque mire convenit. Quin iis credere quæ de propria vita retegunt nullo modo licere supra, adhibitis exemplis, demonstravimus.

Ne multa, eadem plane sentiunt de amore in Septentrionis regionibus quæ circumferebantur in Provincia ; nec aliam ob causam quam quod ex altera regione in alteram migraverunt omnia illa placita, nedum seorsum et sponte in Septentrione provenerint. Nunc nobis inquirendum est an, quod ad litteras tantum attinet, alteri alteros felicius liberiusque imitati sint.

CAPUT TERTIUM.

DE COMPOSITIONE ET ELOCUTIONE APUD LYRICOS POETAS.

§ 1.

Apud Provinciales.

In amatorio carmine non maximi momenti sunt, imo, nocerent fortasse exquisiti sensus aut doctior partium dispositio : cujus enim pectus vere fervet non ita sui debet esse compos ut definito ordine cogitationes componat; dum carmini insit sincerus calor et ignis vividus, alia libenter omittimus. Pulcherrima omnium istius generis, quæ inter mere popularia reperiuntur, ex illiteratis, e stolidis forsan orta sunt, at e stolidis quorum cor candido amore incenderetur.

In his contra, de quibus agitur, carminibus, sensus in dies exquisitiores, ordinem exactiorem invenimus : scilicet minutior in dies cura ingenuæ poesi ita nocuit ut in recentioribus poetis ars plurima, veri autem impetus vestigia jam nulla sint

Omnium qui amatorio tantum generi indulserunt, primus Bernardus *de Ventadour* dici potest; non dubitandum quidem quin ei multi viam aperuerint . ars enim apud eum jam non nitidum primæ juventutis florem retinuit; jam nullum fere non novit locorum quos communes dicunt; attamen affectus exprimit sæpius quam frigide ratiocinatur,

et illum magis e pectore quam ex ingenio carmina hausisse dici potest.

Primum (parva quidem ea laus, raro tamen poetis nostris tribuenda) e singulis ejus carminibus, quo animo fuerit, cum ea scripserit, sibi fingere licet : timeat an speret, gaudio efferatur an anxietate opprimatur, conspicue apparet : ita ut ad vitam poetæ narrandam carmina fere satis sint : quod tamen tentare non ausimus cum plures feminas eum ardentissimis eisdem precibus prosecutum esse certissimum sit.

Nunc (1) gaudio et audacia exsultat : avium cantus et florum color et adamatæ mulieris imago, omnia denique ignem alunt quo se quasi cinctum sentit :

> Joy ai de lui (lusciniolum) e joy ai de la flor,
> joy ai de me, e de mi dons major ;
> vas totas partz sui de joy claus e seinlis,
> mas illi es joys que totz los autres vens.

Cum illam videt, vix potest temperare quin ad eam volet ; illi soli exoptat occurrere, ut dulce basium rapiat. At eam eodem ardore incendi velit :

> Per Dieu, dona, pauc esplecham d'amor,
> vai s'en lo temps, e perdem lo melhor (2).

Nunc (3) utrum verisimile sit, annon, rem sibi prospere cessuram, secum reputat, et, perpensis sedulo contrariis, inter spem metumque jactatur. — Fit postea incerti impatiens : intelligit tandem se « nihilo pasci » ; eam tamen amat a qua se delusum et proditum sentit, testaturque se, quamvis doleat, firmum ac stabilem permansurum (4). — Denuo

(1) R. III, 53. *Quant erba.*

(2) Cf. Ronsard : Le temps s'en va, le temps s'en va, madame... Las, le temps, non, mais nous nous en allons !

(3) R. III, 47, *Amors e que.*

(4) R. III, 74, *Ja mos.*

dolore oppressus jacet (1); cum dominam incusare non audeat, Amorem queritur esse *communem* (*cominaus*) feminasque universas maledictis lacessit; at, licet angatur, amat tamen. — Denique omni spe destitutus, amori valedicit : nunc (2), se omni amore liberatum simulat, et, ut eam verecundia moveat, fingit se alii dominæ servire nunc contra (3), tragico quasi carmine iram et dolorem evomit, omnibusque feminis quæ suum amorem renuere non dubitaverint, æternum odium indicit.

Quæ vero omnia quam libero, rapido et vere lyrico cursu ante oculos evolvuntur ! Nihil tardum, nihil impeditum, nihil quod scholasticam disputationem redoleat; sed laudare parum est, et otiosum : legamus potius, et mirabimur.

Orationi quoque laus pæne eadem tribui possit : verba simplicissima, candidissima, non plurima arte polita, sed, ut ita dicam, e pectore fluentia; lætiores locos, ut recentiores, non attentat; sententias non requirit, nec quidquam excerpere facile sit : in sensu enim, non in verbo, vis inest aut lepos :

Aquest' amors me fier tan gen
al cor d'una doussa sabor,
cen vetz muer lo jorn de dolor,
e reviu de joy autras cen.

(R. III, 46).

...Quar tolt m'al cor e tolt m'a me,
e si mezeis e tot lo mon,
e quan sim tolc, nom laisset re
mas desirier e cor volon.

(R. III, 68).

...Quan la douss' aura venta
deves vostre pais,
m'es veiaire qu'ieu senta
odor de paradis.

(R. III, 84).

(1) R. III, 56, *Chantars*.
(2) R. III, 70, *Tuit sels*.
(3) R. III, 68, *Quan vei*.

Quid concitatius, vehementius hoc exordio :

Amors e queus es veiaire?
Trobatz vos folh mais que me?
Vos voletz qu'ieu sia amaire,
e que ja noi trop merce, etc.

(R. III, 47).

Interdum etiam quasi tenui linea personarum effigiem adumbrare callet :

Quan quier merce mi dons de genolhos,
ela m'encolpa e mi met ochaizos ;
e l'aiguam cor deñan per miei lo vis,
et elam fai un regart amoros,
et ieu li bais la boca els huelhs amdos (1).

(R. III, 61).

Quanquam in eo jam primam originem deprehendere licet vitiorum quibus mox laboravit tota Provincialium poesis, non multos tamen reperias quos iisdem laudibus ornare liceat : paucissima sunt contra carmina in quibus verus amor spiret, plurima scholastico more deducta. Pluribus enim causis ita se res habere debebat : cum affectus quos exprimebant, multi fingerent, non mirum si de amore doctius aut indoctius disserunt potius quam vero mentis calori indulgent. Adde quod, vel sincere amantibus, si quidam essent, libere, quæ sentirent, enarrandi minima copia erat ; cum inter pauperem vagumque poetam nobilissimamque feminam et divitiis cumulatam altissima quasi hiaret fossa, nulla huic dicendi libertas, summamque humilitatem præ se ferre, ut unice decebat, ita prodesse poterat.

Multo quidem majori rerum varietate commendantur latini poetæ qui eamdem hanc materiam tractaverunt : at in multum dissimili vitæ condicione versabantur : nihil enim non audere possunt : quid sperent aut timeant, quatenus

(1) Si rem altius explorare voles, cf. Ronconi : *L'amore in Bernardo di Ventadorn ed in Guido Cavalcanti* (*Propugnatore*, XIV, 1881).

sint progressi, quæ a se acta, quæ agenda supersint ore liberrimo enarrant, dominam infidelem maledictis lacessere (donec παλινῳδίαν canant), cunctantem metu aut scrupulis liberare, rudem dolis adversus stolidum quemdam maritum instruere non dubitant, ita ut amorum quasi historiam quoquo die carminibus mandatam habeamus ; nihil tale apud nostros easdem semper humillimas preces aut eadem argumenta iisdem verbis sine modo iterantes.

E supradictis ergo constat apud eos, ut quemque recentiorem respicis, minus affectuum esse, plus disputationum, et ex aliquot tantum communibus locis, quorum summam supra colligere tentavimus, carminum materiam consistere. At, ut erat exspectandum, hi prioribus temporibus loci, antequam vulgarentur et notescerent, fusius explicari solebant : sic carmina quæ Petro Rotgerio tribuuntur sedato et nonnihil tardo tenore fluunt; res enim nondum usu tritas ante oculos exponere et quasi versare gestit : raro igitur plures in singulo carmine, sed potius unam in pluribus invenies. Sic accuratissime et longissime quidem demonstrat (1) superbiam (*orguelh*) — diffidentiam melius dixisset — amantibus maxime nocere : « Qui vere amat, ait, etsi propriis oculis vidisset quæ videre nolebat, tamen visis debet diffidere... Multis enim, superbiæ causa, risus in lacrymas vertitur. » Per talia scriptori, si ipsi credas, omnia in amando prospere cesserunt ; scilicet illa ipsa, quibus alius doleret, sibi gratulatur :

> Qu'ieu sui hom d'aital natura
> no vuelh l'onor quel pro lays...

Similiter, in alio carmine (2), quamvis suam dominam bonorum quibus abundat, minime largam esse sentiat, queri

(1) R. III, 27.
(2) *Tan no plou* (R. III, 29).

tamen recusat : nam majora una die per Mercedem (*Merce*) quam Pertinacia (*Mal*) duobus annis consequi licet ; igitur, vel si domina propter se rivalem sedere jusserit et dulci colloquio beaverit, se nullam ob id iram concepturum testatur.

Ergo apud eum et plurimos prioris ætatis poetas, carminis singuli unitas tantum ex uno et eodem argumento ab initio ad finem producto pendet : diversæ autem partes inter se minime arto vinculo connectuntur : quod plurimis exemplis comprobare parum utile, legenti enim primo statim aspectu patebit.

Mox autem simplicior illa scribendi ratio visa, et strictior partium ordo affectatus. Primus omnium quos *doctiores* libenter nominem Folchetus Massiliensis dici potest (1) :

Nihil prorsus novum protulit, at, quæ antea jam dicta et decantata fuerant, ad severiorem dispositionem redigere est conatus : quæ quidem, quantum sibi cordi esset, ipsum fatentem, vel inscium fortasse, deprehendimus cum animadvertit se postquam sensuum periodum totam complexus est, illos e quibus exordium sumpserat in finem revocare, joculatori similem cujus cantus una et eadem modulatione incipit et cadit (2).

Fit autem sæpe hæc partium conjunctio modo rudiori, id est tantum verbis, quibus quædam stropha concludebatur, ineunte sequente, repetitis : sic in quodam carmine (3) :

« Mihi ipsi, ait, videor tuam effigiem in pectore ferre qua prohibeor quin aliam mulierem carminibus concelebrem.

(1) Lectionibus quondam affuimus, in dicto Galliæ Collegio, in quibus magister noster eminentissimus P. Meyer textum Folcheti emendavit et explanavit (1885-86), nonnullaque ex ejus commentario nos esse mutuatos lectorem monitum volumus.

(2) Farai adoncs aissi col joglar fai — qu'aissi com mov mon chan, lo fenirai (R. III, 158).

(3) *En chantan m'aven.*

» Cum Amor me tanto honore dignatus sit ut tuam effigiem in pectore feram..., etc. (1). »

Ineptissima quidem, ut diximus, hæc partium connectendarum ratio : nam fieri potest ut, strophis omnibus accurate inter se vinctis, in mediis sensus hiet.

Non desunt quidem prorsus carmina quorum unitas non in verbis tantum, at in sensu quoque constet, ut e sequenti elucebit (2) :

I. Libentissime ait, quæ sentiam, dominæ patefacerem ; plurimus vero hic labor; timeo igitur ne in incepto vires me destituant.

II. Tantum enim illa valet ut laudes vel amplissimas longe exsuperet; illam igitur si laudare non tentabo, rectius agam.

III. Multum ergo abest quin ei amorem, quo uror, fateri unquam mihi præsumpserim.

IV. Nihil igitur nisi dolor et inane desiderium mihi ex Amore superveniet? Plurimum jam proficerem si illam coram intueri liceret ; at cum oculos benignos ad me convertit, amorem meum non dedignari nonnunquam videtur.

V. Ergo, o domina, miserere mei qui tui nunquam obliviscar.

Non negandum est hic, quasi perfecto sententiarum ambitu, sensum, paululum saltem, ab initio ad finem carminis, esse provectum (3).

Eadem quoque in universa dicendi ratione animadvertes : vel minimas res non sine multo nisu et summa ratiocinii ostentatione expromit : sic se ad summam profecisse, cum

(1) Cf. in carmine *Silot me soi a tart* :

Str. I, v. 6 : *C'ab bel semblan* m'a tengut a fadia. — II, 1 : *C'a bel semblan* que fals' amors adutz... — II, 8 : Cum plus *s'irais*, e plus fort s'umilia. — III, 1 : Pero nois cug quem sia *irasculz*... — III, 8 : Quil beorda trop soven cuoill *feunia*. — IV, 1 : *Fels* fora ieu ben, mas sui m'en retengutz.

(2) *Cantan volgra.*

(3) Cf. *Tan mou de corteza razo.*

se ab Amore expediit, demonstrat : « Hod e cum nihil a te exspostulo, vere sum dives : divitiæ enim et paupertas in opinione sitæ : divitem habemus qui se felicem putat, pauperem vero qui semper majora quærit ; dives ergo dici possum et summo gaudio fruor quotiescumque Amori valedixisse credo : quondam enim dolebam ; nunc autem gaudeo : persuasum igitur habeo me, omnibus recte perpensis, lucrum tecisse » (1).

Res quam simplex et p'ana : verba autem quantum ambitiosa ! Velut si ingentis tabulationis adminiculo tenue ædificium innitatur. Vestigia hic agnoscimus scholasticæ illius disciplinæ in qua Folchetus juvenis admodum fuerat eruditus : his scilicet delectabantur ii quibus ejusdem artis arcana scrutari — sicque eorum inanitatem perspicere — non datum erat, qui rem eo mirabiliorem putabant quo magis intricata videretur, et in nugis ægerrime et magnifice explicatis stupebant : videmus enim magnopere sibi plaudentem pædagogum nostrum ita καλλωπίζειν.

Cur autem tam parum dilucidæ ex tanta argumentorum mole res evadant, quantumque operæ impendere debeamus ut nobis conspicuæ fiant, præcipua causa est quod scriptor, velut si ab ingenio diffideret, nunquam, quæ sentiret, accurate, ut inquireret, studuit, at potius locos communes exsecutus est, quasi eis arcana quædam virtus inesset. Ut alii ejusdem ætatis super quibusdam Aristotelis verbis laboriosam syllogismorum molem exstruebant (quo quidem in opere minime spernendam ingenii alacritatem impenderunt), sic Folchetus jam pervulgatas sententias omnibus modis versat donec novas ex iis quasdam conclusiones exprompserit.

Nunc translationem longo usu tritam ultra fastidium protrahit et ex ea longam argumentorum seriem extundit Quis amans. exempli gratia, sæpius non dixit se dominam in pectore ferre ? At noster eadem sequentibus verbis (2) : « Cum te

(1) *Per Dieu, Amors* (sub fin.)
(2) *En chantan m'aven* (R. III, 159).

in pectore feram, incendium ab illo arcere debes; si arderet enim, tibi magis quam mihi timerem; nam, cum in eo te includi demonstraverim, necesse est te mali esse participem quod ei accidat. De corpore ergo quidquid volueris fiat, dummodo cor, domum tuam, tuearis. » Nec desinit antequam fusius ostenderit quomodo se res habere queat.

Nunc sententiam, plerumque jam notissimam, vix emisit cum ei alteram opposuit, non minus ceterum pervulgatam, quæ aliquid priori aut addat aut detrahat : de qua et sequentibus etiam idem fiet, adeo ut inter varia et sibi repugnantia sine ulla mentis quiete jactemur. Duo tantum, e simplicissimis, exempla afferamus :

« Oculos detestor, qui, meo damno, acriores fuerunt..... — Num meo damno? Minime, nam credere nullo modo possum te de mea morte cogitare » (1).

Postquam firmissimis argumentis demonstravit *Amorem* et *Mercedem* inter se consentire decere : « Fallor, ait, cum neque Amor neque domina hoc sinant. — Quid vero? Cur ullam rem affirmare ausim cum nunquam dominæ mentem aperire mihi præsumpserim » (2).

Eo tamen minus inter se cohærent variæ partes quo adstrictiorem dialecticam præ se ferunt : verbis tantum occurrentibus, aut illis quæ fors quædam obtulit, sententiarum cursus regitur, qui alioversum, verbis mutatis, inflecti potuisset.

Artem non minus imperitam aut potius pæne puerilem reperias in quibusdam frequentissime et immoderatissime adhibitis dicendi modis.

Illum præsertim juvat rebus sensu carentibus, ut virtutibus et vitiis, actum quemdam et animos dare. Quod quidem minime novum erat, cum jam apud antiquissimos scriptores (Guilielmum IX, *Marcabrun*, Petrum Rotgerium) *Joys*, *Jo-*

(1) *Tan m'abellis.*

(2) *Molt i fe'z gran peccat.*

rens, *Donars* et sexcenta istiusmodi inducantur. Nec istud omnino vituperandum : plures et multiplici quidem natura constantes animi dotes, ut quæ jam annumeratæ sunt, uno verbo comprehendere et ficticia quasi vita donare legitimum erat : sic *Pretz*, *Valors*, *Cortesia*. At ultra procedens, mobilem et fugitivum mentis habitum, merum sentiendi aut cogitandi modum in scenam inducit, ut *Temensa*, *Esper*. Quædam carmina fere tota ex istiusmodi vocabulis constant :

> Doncs si *Merces* a nul poder en vos,
> traia s'enans, si jam vol pro tener,
> qu'ieu no m'en fi en *Precs* ni en *Saber*
> ni en chansos, mas car conosc e sai
> que *Merces* vol so que *Razos* dechai,
> per qu'ieu vos cuig ab *Merce* conquerer
> que m'es escutz contral sobrevaler... (1).

Sæpissime etiam hæc ita sunt inutilia ut bis eædem prorsus res significentur : quædam exempla allegare liceat :

> Car tant no *m'enfollic Follors*
> qu'eu l'auses dir mon pensamen,
> mas cor ai quem capdel ab sen
> *ab l'ardimen quem tol Paors*... (2).

E supradictis jam, putamus, animadversum est quam frequenter figura quam ἀντίθεσιν vocant, apud eum adhibeatur. Plura carmina ex oppositione quadam, ut *Amoris* et *Mercedis*, *Cordis* et *Corporis*, tota constant. Nec ea ipsa apud Provinciales poetas nova erat : sic quæ contraria ex Amore oriri soleant, plerique copiose edisseruerant (3). Nullus autem æque ac Folchetus ultra legitimos fines processerat : nulla enim est sententia quam non verset, dum in duas partes reciderit :

> Adoncs viu sas quant m'aucioill cossire.
> A vos sui fis et a mos ops trahire ;

(1) *S'al cor plagues*.
(2) *Molt i fetz gran peccat*.
(3) Guil. IX : *Mout jauzens* ; Peire Rogier : *Entr'ira e joy*, etc.

eus cuig perdre, e mi nom puosc aver,
eus pens nozer et a mi sui nozens...
E port els huoills vergoigna et ardimen (1).

.....Don ai gaug e paor...
C'om no'n ditz ver que no semble plazers...
que sofraitos m'en fai trop d'aondansa (2).

So que m'encaussa vau fugen
et aisso quem fuig vau seguen,
aissi non sai cossi posca garir
qu'ensems non posc encaussar e fugir (3).

Nihil prorsus nisi verborum oppositiones in sequenti stropha invenies :

Cum plus dissen, plus poja humilitatz,
et orguoills chai, on plus aut es pojatz.
Don dei aver gaug e vos espaven,
c'ancsem mostratz orguoill contra mesura,
e braus respos a mas humils chanssos (4).

Pravissimam quidem mentis consuetudinem aut potius morbum jure dicas : parum enim de sensu curat, dum fiat antithesis : sic quæ posteriora significent, subtilioribus hariolandum relinquimus :

Ai quan gen vens et ab quan pauc d'afan
aicel queis laissa vencer a merce !
Car enaissi vens hom autrui e se (??)
et a vencut doas vetz senes dan (5).

Quamvis hujus poetæ dictio minime figuris abundet, plane contra splendoris expers videri possit ; nonnullas tamen translationes aut similitudines referre liceat, ut constet in iis quoque vel pauca, vel parum probanda eum invenisse.

(1) *Tan m'abellis.*
(2) *Cantan volgra.*
(3) *Ben an mort mi e lor.*
(4) *Per Dieu, Amors.*
(5) *Ai quant gen.* — Cf. : « A cui (Amors) fora pretz et honors — pois ill vol vensser totas res — c'una vetz la vences merces » (*Molt i fetz*).

Plerasque primum non excogitavit, eas sive e vulgi sive e scholarum sermone mutuatus : sic Amoris telum, cujus mentionem facit (1), ex Ovidio sumptum nullus non novit. — Alio loco ait, Amorem allocutus :

> « Mas, si beus etz grans, eissamen
> podetz en mi caber leumen :
> *cons devezis una grans tors*
> *en un pauc miraill eil largors*,
> eu sui tan grans, que, sius plagues
> ancar neis i caubra merces (2).

Quæ comparatio in scholis vulgaris erat, ubi magistri eam usurpabant ut probarent Deum, quamvis natura infinitum, vel in minimis posse contineri.

Non igitur scriptori honori vel culpæ vertendæ quibus utitur translationes : quasdam tamen, e medio quoque sumptas, ita portentoso usu adulteravit ut earum sensus vix agnoscatur : sic inhumanam dominam aucupi comparat, qui repugnantem accipitrem ut in manu retineat, premit dum exanimetur (3). Plus hic vis quam recti judicii, cum domina eum a se arceret, nedum *retineret*.

Ultimum afferamus exemplum :

> Mi dons que val mais que valors
> en pot leu far acordamen (inter Amorem et Mercedem)
> que major n'a faich per un cen :
> qui ve cum la neus eil calors,
> so es la blanquesa el colors
> s'acordon e lieis, semblans es
> c'amors s'i acort e merces (4).

Quid his ambagibus significatur ? Nihil nisi dominæ vul-

(1) El dieus d'amors am nafrat de tal lansa (*Cantan*).

(2) *Molt i fetz*.

(3) Col fols rete — l'esparvier fel quan tem qu'el si desli, — que l'estreing tan e son poing tro l'auci (*Ai quant gen*).

(4) *Molt i fetz*.

tum nitere candido simul et roseo colore, nivi et igni collato. Cum igitur colores contrarios consociet, decet res quoque contrarias, id est Amorem et Mercedem, in ea conjungi (1). Aliquid longius arcessitum frigidiusque ægre inveniri posse fatendum est.

§ II.

Apud Septentrionales.

Eumdem fere cursum ac apud Occitanos poesim amatoriam apud nostrates tenuisse, cum priores arte rudiori, posteriores autem multo magis affectata usi sint et longius a natura recesserint, e sequentibus patebit.

Permultorum, quæ exstant, carminum ætatem certo aut artius definire, ideoque, inter ea, antiquissima eligere nullo modo promptum ; remotiorem tamen ætatem eorum licet conjectare quorum versus verbis finiuntur vocali tantum, non syllaba tota ultima consonis (2), quorumque auctores incerti sunt (haud sero enim compositis carminibus gloriati sunt poetæ, nec ea sine nomine per vulgus gliscere passi sunt). Denique, cum notissima sit recentiorum sentiendi ac scribendi ratio, quæ ab ea discrepent facile agnoscas. Quæ igitur hac parte oculis subjicere in animo est, aut certe antiqua, aut, si non antiqua, antiquo saltem more scripta affirmare jure possumus.

(1) Nec eam ipsam comparationem excogitavit : plures enim medii ævi poetæ feminеam pulchritudinem nive et sanguine (id est candido et rubeo colore) ut postea rosis et liliis, exprimunt : sic in populari quadam Germanorum fabella (Grimm, *Kinder-und Hausmærchen*, Schneeveisschen) regina quædam arbores contemplando frondibus orbatas nivemque proprio sanguine, cum se acu punxisset, maculatam, optat ut filiam pariat cujus labella velut sanguis rubicunda sint, vultus ut nix candidus, capilli ut ebenus nigri. Voto potita est, filiaque pulchritudine eximia fuit.

(2) Gallice *assonance*.

Nullum fortasse invenias in quo aliquam Aquitanicorum imitationem deprehendere non liceat, maxime quidem conspicuam sive in texendis inter se numeris, sive in usitatis aliquot verbis quæ apud nostros nasci non poterant : sic, ubicumque apparere videas eos *laudatores*, de quibus satis supra scripsimus (nullum est autem fere in quo non reperiantur), alienam hic imitationem dicere possis. Proprium tamen aliquid retinuerunt prioris ætatis scriptores quod facillime agnoscas et exacte definire possumus.

Plerique primum nullis ambagibus et sine ullo pudore ad propositum pergunt : procul eis timor ille quo se Provinciales obstrictos fingunt cum de fatendo amore agitur : quid sperent, quid velint statim aperiunt. Hic dominam ut in brachiis premat, optat (1) ; alii autem :

Deus quant voudrait
lors ke vos puisse acolleir
com nel savroit!

(887, *Arch.*, XLII, 351.)

Dex qui peüst a un trespas
...gesir entre ses deus bras!

(227, Pb[17] 197., ined.)

...Que je la puisse embracier
nu a nu sans dangier.

(1478, *ibid.*, 215, ined.)

Qua se incensos affirmant pulchritudinem describere eis cordi est : se enim dominæ eo gratiores fore sperant quo eam accuratius exsecuti fuerint : eamdem autem effigiem sine fine adumbrant, ita ut earum quælibet pro ceteris omnibus esse possit Easdem has femineæ pulchritudinis descriptiones ac in epicis carminibus agnoscere licet : nec multo magis hic, prioribus saltem temporibus, in recensendis singulis partibus se parcos poetæ exhibuerunt : dicas eos præsertim nul-

(1) 1765 (ined.); cf. 1137 (ined.).

lius rei omissæ laudem affectare : nonnihil igitur rustici aut immoderati in eorum laudibus permansit :

> Plux me plaist a cuer ke note de vielle ;
> ki la voit dancier,
> il n'ait cordelier
> ki ne la vosist a son gré tenir soule :
> or a la bone houre,
> ce sont amoretes ki me corrent soure !
> (1301, *Arch.*, XLIII, 289.)

Quam incerta sint verba notandum est : assidue « nés traitis, bouche bien faite, ieus rians, cheveus recercelés » memorant; quid autem his significent, quo colore oculi aut capilli sint, ignoramus : non alia quidem ratione XVII sæculi auctores personas describere solent planeque his similia apud eos legas (1) ; scilicet nostris tantum temporibus scriptores penitus (nullo sæpissime adhibito modo) res introspicere et singillatim describere, litteræque picturæ æmulari consueverunt.

At si parum definitæ ac certæ, lepidæ satis ac jucundæ non raro inveniuntur descriptiones :

> J'aim la plus sade riens qui soit de mere nee...
> Plus est blanche que noif, come rose vermeille,
> elle a un chief blondet, euz vers, boche sadete,
> un cors pour enbracier, une gorge blanchete,
> elle a un pié petit, si est si bien chaucie,
> puis va si droitement desus cele chaucie.
> (533, Richr. de Semilli, ap. La Borde, II, 213.)

Plura quidem carmina ex istiusmodi picturis constant fere tota; ultra modum quoque producuntur eæ veris picturæ, de quibus supra diximus, eoque ampliores quo anti-

(1) Il (le duc de Nevers) avait trois fils *parfaitement bien faits*... Il (le vidame de Chartres) était *beau, de bonne mine* ;... enfin, il était seul digne d'être comparé au duc de Nemours, si quelqu'un lui eût pu être comparable ; mais ce prince *était un chef-d'œuvre de la nature* ; ce qu'il avait de moins admirable,

quiora quæque sunt carmina : multæ quidem simpliciter et vividis coloribus adumbratæ :

A l'entrant dou temps novel
que saisons vient en doucour,
prey sont vert et aubrissel
foillotent, et mainte flour
ploinne de très douce oudour
point nature sanz pincel;
cil oisel
chantent per amour,
et je qu'en ce sui des lor.

(581, Pb[5] 11, ined.)

Belle m'est la revenue
del tens d'avrit et de mai
trop nos ait yvers tenue
sa froidure c'onques n'amai ;
maix d'une chose m'en esmai(e),
ke l'amor est devenue :
k'en ferai?
C'est la fin cai(e) ke nuls die : j'amerai!

Flour c'espant, l'erbe i point drue,
la flour peirt en l'aglentier;
j'amerai, ce mes cuers *ose* (?)
loialment de cuer entier;
entreis seux en son sentier;
mante croist, florist la rose :
ameis tuit, meillour n'i sai,
n'est pas hom ki [ne] fait drue...

(2072, *Arch.*, XLII, 213.)

Superiores versus, in quibus poetam reviviscente natura gaudentem simul et amatoria festivitate lascivientem videmus legenti in mentem venit notissimum hoc recentioris :

Le temps a laissié son manteau .

qui non injucundo, nonnihil tamen affectato sermone communem locum, fere omnium in vetere nostra poesi tritissimum, tantum renovavit.

c'était *d'être l'homme du monde le mieux fait et le plus beau* ». (*La Princese de Clèves*, sub init.)

His ab omnibus poetis qui res amatorias tractaverunt quolibet tempore decantatis, nostri, vel antiquissimi, communes quasdam sententias addiderunt, non quales postea a subtilioribus ingeniis inventa fuerunt, sed harum quæ primum menti, dum paululum de amore cogites, occurrunt. Sic docent Amorem omnium rerum potentissimam esse, nec ullum seu regem, seu colonum, ab illo esse tutum, cum nec armis nec auro nec firmissimis præsidiis vinci possit et pauperes æque ac potentes, stultos ac sapientes domare gaudeat, et eos præsertim qui fore ut ei resisterent jactaverant :

> Fine amors n'esgarde mie
> a savoir nen a folie,
> n au melz vaillant,
> ainz fait de tot son talant.
>
> (1137, Pb[12] 36, ined., cf. 1690.)

> Vers li ne vaut riens dangiers
> ne proece ne valo[i]r...
> bien set traire sans lancier
> amors ce que veut avoir
> a son plaisir.
>
> (1900, Pb[17] 211, ined.)

> Mout est amors de grant vertu,
> ma(i)l fait vers li guere movoir (*ms.* mover) ..
> Car qui contre Amor guerroie
> plux cruelment lou maistroie,
> por son tort faire apercevoir.
>
> (2052, *Arch.*, XLIII, 287.)

Amori jam animadverterant nonnullam esse propinquitatem cum Morte : de qua re :

> Mors et Amors sont de grant seignorie,
> bien les doit on ensamble comparer,
> car tot le mont ont pris en vouerie,
> ne nuns ne puet de lor laz eschaper.
> Bien ait de Deu qui lor iealz fist crever :
> s'amours veïst, ne croi, que que on die,
> que vrai amant eüssent longe vie.
>
> (521, Pb[5] 132, ined.)

Sæpissime præsertim contraria ab Amore oriri solere monstraverunt :

> Amours fait les beaux cops ferir,
> amors fet les coars joster.
>
> (2058, P[5] 54, ined.)

> Amors n' i garde a nul dreit,
> un fait trenbler et l'autre art,
> l'un a chaut et l'autre froit,
> chascun trait d'un divers dart.
>
> (1900, Pb[5] 123, ined.)

> Sor toutes riens soit Amors honorée,
> car par li sunt li non sachant norri,
> (et) li choarz [ont] lor valor recovrée,
> et li preceus en sont ravigoré,
> et li sage [s] en sont desnaturé
> si que dou tot revienent en l'enfance;
> si met amors bien et mal en balance (1).
>
> (524, Pb[3] 132, ined.)

Omnibus his nihil magis perspicuum : vel amorem tantum fatentur, vel certissimum quemdam mentis habitum (quod postea fieri non solet) declarant : hos viventes et amantes ante oculos vere videmus. Hic, cum a maledicis nescio quibus a domina abalienatus fuisset, nec caute se facturum judicaret si de re acrius disputaret, submota jurgii causa, pro ambigua injuria veniam orat, seque supplicem præbet :

> Qui qu'en ait le tort eü,
> dame, je me cleing vaincu,
> mes cuers vos remaigne,
> pitié vos en preigne,
> que maint home ont deceü
> losengier et confondu.
>
> (2056, Pb[5] 116, ined.)

Ille a domina derelictus, quæ rivali nupta erat, de mobili

(1) Cf. P. Rogier (R. III, 35) : Amors ditz ver et escarnis, et (apud Méon, *Rec. de fabl.*, IV, 148) : Ahi, amors, comme es poissant, etc.

feminarum animo queritur, non sine aspera quadam eloquentia :

> Riens ne me plest en cest siecle vivant,
> puisque je ai a la bele failli..
> or est torné ce derrieres devant,
> car a touz jorz avrai cuer gemissant
> plain de dolor, plorant trist(r)e et marri,
> ne ja nul jor nel metrai en oubli ;
> s'en sui en grant martire (1).

(1645, Pᵃ 401, ined.)

Alius, cum se tot laboribus nihil profecisse sentiat, supremum Amori vale dicere constituit : vix autem verbum emisit cum blandiori jugo collum rursus obtulit :

> Trop male amour avrai lonc tans aïe,
> doluïr me fait ne de rien ne m'aiüe (*ms.* aidet).
> Arrieres m'en traira[i],
> cant nule jo[i]e n'a[i]
> de li que trop m'argue(t).
> Las, c'ai je dit? Trop ai [dit] grant folage,
> de li ne kier partir en mon eage...
> tant ke j'aie un sol ris
> de son cleir vis,
> tant est ve[r][s] moi savage.

(1765, Pb¹² 133, ined.)

Adeo etiam ut, qualis eorum fuerit indoles, quorum plura exstant carmina, conjicere liceat : duos tantum legentibus, illum molli et imbelli animo, hunc arroganti et aspero, scilicet Hugonem *de Bregi* (2) et Cononem Bethuniensem proponere liceat.

(1) Hoc carmen multo minus quam cetera huic doctrinæ consentaneum quam supra exposuimus et fortasse vero propius : amans enim amatam virginem in matrimonium petebat :

Je cuidai bien.. — ne qua nul jor autre mari n'eüst — for moi tout seul qui [fui?] ses liges hon — ...et ore a pris baron, — s'en muir de duel et d'ire.— Notare etiam liceat hunc breviorem versum cui eadem semper syllaba in fine est, singulas strophas, ut in plerisque vetustioribus operibus, concludentem.

(2) De quo v. *Hist. Litt.*, XVIII, 816 sq.

Ille quamvis nullam levandæ ægritudinis causam auguretur, et ab amore crucietur, quasi his cruciatibus delectetur, sese Amori magis ac magis docilem præbet ; dolet, lamentatur : amat tamen, nec non amare non velit : « Ecce ergo, ait, hoc quoque carmen pessum ibit : canam tamen ut supremum quid possim, experiar :

> Aincor ferai une chanson perdue
> pues c'a perdre sont atorneit mi chant...
> mais per espoir, ceste (chanson) avrait teil vertu
> ke des autres me randrait la droiture :
> s'en met, sens plux, cest chant en aventure.
> (2071, *Arch.*, XLI, 353.)

Æquum sit, ait, amorem, cum tam ægre eum consequamur, ægre quoque a nobis divelli :

> Maix quant on cuide avoir sa loiaul drue,
> si l'ait on tost en pou d'oure perdue. .
> C'est grans dolors ke la joie ne dure
> dont on soufre tante poenne et endure.

Non ira disrumpi non potest cum tot et tanta sub potestate teneat, ipsi autem muliercula resistere non dubitet :

> Et s'ai ge tot le siecle a mon voloir,
> et de la riens del mont ke plux m'agrée
> m'estuet estre savaiges et eschis.

Dominæ præsertim succenset, quippe quæ eum ad se multis primum illecebris pellicere studuerit, nunc flagrantem arceat :

> Ains ke ma dame m'eüst en sa poissance,
> estoie jeu vaillans a sien avis,
> et des k'elle ot mon cuer laissiet et pris,
> li fut avis ke n'ot (*corr.* n'oi?) point de poissance (*corr.* vaillance?)
> (38, *Arch.*, XLI, 356).

Nec tamen supremam salutem ei æquo animo mittit nec spem etiamtum deponit :

> Et non porcant Deus li doinst volenteit
> d'un si loiaul amin com je seroie
> si je trovoie en li la loiaulteit.

Non ita agit aut loquitur Cono Bethuniensis; qui violentissime invehitur in eam quæ, a se vehementer amata, fidem ruperat ; illi erat, ut videtur, animus acer ac in ira et amore immodicus : quanto dominam amore prosecutus fuerit, perspicere licet ex illo fervido carmine quod in Asiam jamjam profecturus conscripsit :

> Aï amors! com dure departie... (1)

Quo vero stupore riguit, qua indignatione insurrexit cum intellexit se ab ipsa domina amotum fuisse (2), forte ut locum rivali cederet, nedum ut ea doloris, ut putabat, in partem veniret (3).

Ex ea vero die, nihil nisi opprobria in infidelem fudit : eoque nos magis movet quod nulla, ut alii, erga feminas reverentia in effundenda bile continetur : nondum enim mulieres viris præstare et observantissimo obsequio coli debere ab omnibus concessum erat ; eam, a qua mala perpessus fuerit, justis pœnis afficiendo se recte agere acerrime contendit (4) ceterosque hortatur ut eadem faciant :

« Hercle, ait, præclare egi et quicumque me culpaverint perjuros ac perfidos habeo : cur concidit et pessum datur probus amor nisi quod feminis nimium parcimus? Earum perfidias occultando, augemus » (5). Ceteras monet ne talia in se admittant : cum amorem offert, iram minari videtur :

> ...Si ne quier mais amer
> s'en tel leu non c'on ne sache mentir
> ne decevoir ne fausser.
>
> (1420, Sch., 30.)

(1) Notius nobis visum quam ut ejus fragmenta hic subjiceremus.

(2) Mal ait vo cuers convoitous — qui m'envoia en Surie. (1325, Sch., I, 11.)

(3) Pour moi le di cui ele a deceü, etc. (15, Sch., 18).

(4) 1628, v. 9, Sch., 24.

(5) A mout bon droit en fis ce que j'en fis, etc. (1420, Sch., 31).

Præcepta igitur facto confirmans, vehementibus maledictis mulieres omnes obruit :

> Fous est et gars qui a dame se torne,
> qu'en lor amor n'a point d'afiement, etc.
>
> (15, Sch., 19.)

ita etiam contumeliosus ut, vel inscius invitusque nondum exstinctum amorem ipso dolore prodere videatur :

> Hé, bele trés douce amie,
> qui semblez rose espannie,
> aiez merci
> de vostre leial ami,
> qui de si fin cuer vos prie
> que s'il a troite florie
> au vanredi,
> n'a pas le bec si jauni
> que de vos ait grant envie ;
> s'ainme meuz, que que nus die,
> oisel rosti
> que la vostre compaignie (1).

Dum enim prioris dominæ effigiem e pectore avulsam jactat seque ad aliam tandem demigrasse, hanc continuo obliviscitur illiusque tantum pertinaciter memoriæ inhærentis mentionem facit (2).

De compositione, in his antiquioribus carminibus, vix expedit loqui : poetæ enim, cum, ut supra eluxit, aut tantum amorem fateantur, aut simplicissimos animi affectus retegant, eademque toto carmine persequantur, partium dispositionem curare non debent.

(1) Hos versus, a nemine adhuc editos, e codice (Pb[5] 89) exaramus ; cum priores sine controversia auctori nostro tribuendi sint (1325, *Sch.*, 11), non dubitandum sane quin hi quoque ei sint adscribendi, quanquam inurbana illa convicia et male cohærens sensus scrupulos nonnullos injiciunt ; demonstrant, dum eos admittas, strophas hujus carminis sic esse constitutas : 7a 7a 4b 7b, 7a 7a 4b 7b, 7a 7a 4b 7a.

(2) 1025, Sch., 24.

Fere eadem de elocutione valent : nihil ea simplicius, candidius, pellucidius ; pauca hic referre placeret, et plus fortasse quam multis verbis laudare expediret : jam autem plura forsan quam decuisset exempla allegavimus. Animadvertere tantum liceat multa e popularibus fontibus, quos paulo post doctiores fastidient, hausta esse : sic aut proverbia aut vividæ rerum imagines libenter proferuntur, quamvis vulgares nonnunquam :

Bel servixe aime et si le prent
et si le gueridone a tairt ;
teils se cuide chaufeir ki s'airt
et p'endre autrui a lais k'il tent,
lais ! dont il moïsme se prent ;
liés i vient et dolens s'en pairt.
(310, *Arch.*, XLIII, 306.)

Queritur idem scriptor se « collum ipsum in laqueum inseruisse » et « ignem, quo uritur, diu cineri suppositum non mature restinxisse ». Non ab eis multum discrepantia hæc incerti auctoris :

Li vilains dist en reprovier
c'a vespre voit on bel lou jor.
...(Ma dame) m'ait or la porte entreoverte
k'elle me soleit fermeir :
a cest trait li puis crieir:
« Eschaic a la descoverte ! »
(36, *Arch.*, XLIII, 268.)

Levius cetera, recentiora ac doctiora, ad quæ nunc pervenimus, attingere licebit, quæ multo magis nota sunt et inter se similia, adeo ut, si aliquot legeris, universa legisse tibi primo saltem aspectu videaris. Eadem ceterum vitia fere quæ apud Provinciales jam notavimus, percensenda hic erunt. Dum enim priores nihil ab Aquitanicis exemplaribus nisi aliquot verba et præsertim versuum intexendorum rationem mutuarentur, posteriores sese fidissimos interpretes præstare curaverunt.

Non quod ullum carmen ad verbum transferendum assumpserint (1). Nullæ aliæ translationes a nobis repertæ sunt quam quæ infra notantur :

Ben es mortz qui d'amor non sen
al cor qualque doussa sabor,
e que val viure ses amor,
mas per far enueg a la gen?
Ja Damedieus no m'azir tan
que ja pueis viva jorn ni mes,
pus que d'enueg serai repres
e d'amor non aurai talan.
(B. de Vent., R. III, 45.)

Sens vos amer n'a ma vie mestier
se je ne vueil tot le mont enuier,
ou aler mort vivant.
Ja Damedius ne m'i laist vivre tant
k'au siecle enui et perde amor veraie.
(Coucy, 1009, F. 53.)

Quan la douss' aura venta
deves vostre païs,
m'es veiaire qu'ieu senta
odor de paradis...
(Id., R. III, 84.)

Et quand la douce ore vente
qui vient de cel dous païs
ou cil est qui m'atalente,
volentiers i tor mon vis (2).
(N° 21.)

Qui qui'n ditz mal no pot plus lag mentir
e qui'n ditz be no pot plus belh ver dir.
(Id., R. III, 44.)
Quar ja de licis non pot mentir
nuls hom qui la vuelh lauzar,
ni ver dir, si la vol blasmar
(G. Adhémar, III, 195.)

Car a chascun qui la voit
plait et atalente
n'uns n'en dit bien qui n'i soit,
ne mal qu'il ne mente.
(2010, Pb[5] 10, ined.)

La doussa votz ai auzida
del rossinholet salvatge.
(B. de Ventad., III, 91.)
Lo rossinholet salvatge
ai auzit que s'esbaudeya
per amor en son languatge.
(G. Faydit, III, 282.)

La douche voix del rossignol salvage
k'oi nuit et jor cointoier et tentir
m'a radouchiet mon cuer et rassoage
(Coucy, 40, F. 49.)

(1) Plura quidem occitanorum carmina, quasi alieno colore infecta, non autem in francicum sermonem translata in variis codicibus (Pb[4], Pb[12]) invenies : sic, in B[2] 231, et Pb[12] 150 carmen quoddam insertum est : *Tuit demandent k'est devengue amor* (Wark., 32), quod legas oportet : *Tug demandon qu'es devengud' amors* (R. III, 455). Eodem loco scriptum carmen, *Kant li rus de la fontainne* (*Arch.*, XLII, 357), nihil aliud est nisi provinciale notissimum : *Quan lo rius de la fontana* (R. III, 99).

(2) Quæ carmina inter se jam collata sunt à P. Meyer, *Rec.*, 368.

Qu'eissamen trembli de paor
cum fa la fuelha contra'l ven.
(B. de Ventad., III, 45.)

Ains chiés en desesperant
tout aussi com fait la fuelle
la ou vent la va menant.
(Blondel, 1007, T. 20.)

Qu'ieu ai ben trobat legen
quel gota d'aigua que chai
fer en un loc tan soven
que trauca la peira dura.
(B. de Ventad., III, 81.)

Bien voi que trop haut m'encrou
mais mout vaut proiere,
aigue perce dur chaillou,
por qu'ades i fiere.
(2010, Pb[5] 10, inéd.)

Toz los vezis apel senhors
del renh, on sos joys fos noyritz,
e crei quem sia grans honors,
quar ieu dels plus envilanitz
cug que sion cortes leyau.
(J. Rudel, III, 95.)

Amors me font tot le païs amer
et trestoz ceus qui la vienent et vont
ou ele maint la bien faite au vis cler.
(G. d'Esp., 1988, Pb[3] 180, ined.
.....Toutes voies aour
droit celle pairt ou je sai m'anemie.
(G. de Dargies, 1969, *Arch.*, XLIII, 325)

E ges per aisso no m'alen,
anz dobla ades mos pessamens,
e muer aissi mescladamens.
(F. de Mars, *Tan mou.*)

Per maintes fois m'effraie...
Et sovent me rapaie
et done cuer joiant :
ensi me fait vivre mesléement
d'ire et de joie ..
(Ch. de Coucy, 1009, F. 53.)

Ni sus non vau, ni no puesc remaner,
aissi cum sel qu'en mieg de l'albre estai,
qu'es tan poiatz que non pot tornar jos
ni sus no vai, tan li par temeros.
(F. de Mars., *S'al cor*, III, 157.)

Amer me fait et monter si trés haut
qu'a grant poinne os mon peril resgarder ;
or ne mont plus, ne ne puis avaler :
ensi morrai se pitiez me defaut.
(398, Pb[5] 30, ined).

Cantan volgra mon fin cor descobrir...
(F. de Mars.)

En chantant veul ma doulour descovrir...
(Thib. de Champ., 1397, T. 28.)

Gran talan ai qu'un baisar
li polgues tolr'o emblar ;
e si pueys s'en iraissia,
voluntiers lo li rendria.
(Peyrol, R. V, 282.)

D'une chose ai grant desir
que vos peüsse tolir
ou embler un douz baisier,
par ci que, se corocier
vos en cuidoie,
volentiers le vos rendroie (1).
(1839, Pb[5] 84.)

(1) Jam memoratum apud Diez (*La poesie des troub.*, p. 250), et Wackernagel (*A. L.*, p. 211) qui quamdam imitationem Germani poetæ (Reinmar) notat.

Subjicimus postremo quosdam versus incerti auctoris (Pistoleta, E. Cairel aut Cadenet; V. Bartsch, *Verz.*, 372, 3) summa fide a francicis poetis translatos. – Francici carminis plura exemplaria exstant, nonnihil inter se dissimilia : 1° Cod. M Pessul. 236 (M. P.) ap. Boucherie, *Revue des l. rom.*, III (1872) p. 318 sq. — 2° Cod. Oxon. (0) apud De la Villemarqué, *Archives des Missions litt. et scient.*, V, 114 sq. — 3° 846, f° 125 (Pb^{5}) ineditum, quod infra publicamus. — (Non francicum, at provinciale contra quod in 20050, f° 82 (Pb^{12}) reperitur).

Ar agues ieu mil marcx de fin argen,
et autres mil de fin aur e de ros,
et agues pro sivada e fromen,
buous e vacas, e fedas e moutos,
e quascun jorn cen libras per despendre,
e fort castelh en quem pogues defendre,
tals que nus hom no m'en pogues forsar,
et agues port d'aigua dous'e de mar.
(R. V, 350.)

Quar eüsse je c. mile mars d'argent,
et autretant de fin or et fust rox,
et s'eüsse prou avoinne et froment,
bues e vaches et berbiz et moutons,
et chascun jor mil livres a despendre,
et fort chastel que nuns ne peüst prendre
tel que nuns hons ne le peüst *forcar*,
et s'eüst port *d'aigue* douce et de *mar*.
(Pb^{5} 125).

Simillima sequens stropha in M.P. (n° VII) et O (n° II).

Et ieu agues atretan de bon sen
e de mesura com ac Salamos,
e no pogues far ni dir falhimen,
em trobes hom leial totas sazos,
larc e meten, prometen ab atendre
gent acesmat d'esmendar e de rendre,
e que de mi nos poguesson b'asmar
ni encolpar cavalier ni joglar.
(*Ibid.*)

Et je soushaide autretant de boin sens
et de mesure c'onkes eut Salemons,
et si fesisse mes fais legierement.
preus et loyauls, et de tous boins renons,
sages, courtois, pourmetans sans atendre,
et tant donner que boin vaurroient prendre,
et [si] fesisse au mont tous leur *degras*
ne s'en plainsist chevaliers ne *jouglas*.
(M P., stropha VII)

Quæ stropha deest in O, parum absimilis in Pb^{5}. In reliqua francicorum carminum parte, hæc et illa imitationem provincialem produnt, ita vero discrepantem ut auctores audita tantum verba et memoriæ mandata reddidisse conatos esse putandum sit. Typis hic etiam mandamus ceteros versus quos e cod. Pb^{5} excerpsimus, si quis eos cum aliis ejusdem carminis exemplaribus conferre voluerit :

Et je fusse frans et douz et plaisanz,
jones et sains tout ades et joioux,
et fusse bien amez de toutes genz,
et li mieudres chevaliers c'onques foux ;
que nuns vers moi ne se peüst deffendre,
et puis *donar* quanque chascuns vuet prendre,
et puisse *far a tot* le mont son *grat*,
et, quant moi siet, en paradis *entrar*.

Et j'eüsse vin fort et fremiant,
hanap doré, char et tartre et poisson ,
et blanche nape et gastel de froment
en froit celier renfreschi de fres jons,
et s'eüsse jone garcette et tendre
a gras crepon ou trovasse que prendre,
qui bien peüst respondre as cops *donar*,
et nule foiz m'en peüsse *lassar*.

At, si paucissima Occitanorum poetarum carmina propriis verbis expressa invenimus, eorum componendi ac dicendi ratio nullo modo immutata apud nos migravit : non omnes autem eodem favore gavisi sunt; inter eos enim recentiores præsertim, quibus multo major inter se ac vetustioribus propinquitas erat, et minori ingenio præditos, nostrates ut exemplaria sibi proposuere; scilicet artem jam senescentem, obsoletam et ad exitium vergentem apud se transtulere. Cujus facti causas edisserere longum sit : præcipua tamen fuit quod communes sententias et nudas verborum series facilius referimus quam potentis ac vivi ingenii personam induimus. Nil igitur mirum si Folchetum magis quam Guilielmum IX aut *Marcabrun* servum imitatorum pecus secutum est.

Apud eos igitur, de quibus restat nunc dicere, abundant præsertim, ut apud Provincialium recentiores, non tam ingenui animi affectus quam illæ e certa quadam doctrina pendentes, et ex composito usuque tantum acceptæ sententiæ, ad formas vero in dies exactiores redactæ.

Primum enim, varias, quibus constaret carmen, partes

conjungere minime ulli curæ erat : plane inter se discrepantia aut aliena saltem, nec ullo vinculo connexa, vel eadem stropha concludebantur; sic in quodam satis antiquo carmine :

> De ce sui en bone atente
> que je son homage pris ;
> — et quant la douce ore vente, etc. V. supra, p. 88.
> (21, P. Meyer, *Rec.*, 368.)
>
> De ce fui mout deceüe
> que ne fui au convoier.
> — Sa chemise qu'ot vestue
> m'envoia por embracier, etc.
> (*Ibid.*)
>
> Et li trés dous pensemens
> de sa trés clere fachon
> me fait renovelemens
> de tote joie sens non.
> — Mais tant enquierent felon
> losengier et males gens...
> (Coucy, 634, F 46.)

Non aliter sæpissime quidem, apud *Coucy* et G d'*Espinau*, paulo ei posteriorem; unum, exempli gratia, e paucis quæ certo huic tribuuntur, brevibus contrahere liceat (2067, *Arch*, XLIII, 322) :

Str. I. Redeunte vere, rursus canere incipiam.

II. Deo ac dominæ inserviendis vitam impendere constitui.

III. Vere beatus dici possit quicumque ejus amorem consecutus fuerit.

IV. Maledicis male sit (1).

In quibusdam tamen ejusdem carminibus, jam partes artiori vinculo revinctas videas, sive sententiæ inter se opponuntur, ut altera alteram absolvat aut circumscribat ; sive proximarum stropharum extrema et prima pars, quasi inter se implicitæ, eadem iterent. Imperitissimum sane hoc arti-

(1) Cf. 590, 649, 1960.

ficium : si verbum enim tollas, totum ruit ædificium : sic in carmine cujus partem hic subjicimus (1784, *Arch.*, XLIII, 320).

III. Quamvis Amor mei *nunc non meminerit*, me tamen docuit fidum amantem nunquam non debita præmia capessere.

IV. *Mei enim non meminit;* num adeo imbecillus est ut desiderio mei dominæ cor incendere *ei non liceat* ?

V. *Sane non licet*, etc. (1).

Hoc componendi genus sæpissime usitatum a *Gace Brulé*, pertinaci verborum cavillatore : nullam rem concedit quin aliquid statim retrahat (719, *Arch.*, XLII, 266) :

I. Vultis, ait, ut gaudeam : nullo autem modo mihi gaudere licet, cum « altioris » feminæ amore depeream.

II. Per Amorem tamen maxime inter se distantia coire possunt ita ut altiora submittantur et humiliora sublime ferantur.

III. Non quod humilia dici possint quæ ab Amore pendent... (2)

Sensus igitur ex imo pectore profectos, vel quædam saltem a se excogitata proferre parvi faciunt : aliena contra, ex Aquitanicis scriptoribus desumpta, interpretantur, commentantur, aut potius de eis sine fine calumniantur, eadem semper, sed vario ordine disposita referentes, ita ut paucissimis tesseris plurimas quasi figuras exhibere possint.

Quam frequenter tamen, irrito tanto labore, a proposito deerrant ! Cum enim plurima paucissimis verbis contrahantur (quod fit sæpe cum aliena refers), accidit ut eam partium continuationem, quam sectabantur, frustra quæras. Videamus enim quam multa, quam male autem inter se cohærentia aliquot tantum versibus coarctentur :

(1) Cf. 723 et 1208, quæ inter recentissima hujus auctoris ponenda esse videntur : Puisqu'en moi ait recovrei seignorie — Amours dont bien me cuidoie partir (1208). — Tous enforciés aurai chantei sovent (728).

(2) Cf. 565, 1724, 653, 1795.

a) Quant je plus sui en paor de ma vie,
et je doi moins par raison estre liés,
lors me semont ma volentés et prie
et fine Amors que je soie envoisiés.
b) — S'ele m'ocist, siens en iert li pechiés.
c) — Trop a douls nom por faire vilonnie.
d) — Et se je sui par mes ieus traveilliés
dont la vi,
qu'en doi-je li
demander, fors merci ?
e) — Des que par moi sui de joie aloigniés,
je ne m'en doi plaindre mie :
coment qu'aie esté iriés,
doucement sui engigniés.

(1227, *Blondel*, T. p. 49) (1).

Quæ ita fere interpretari licet ;

a) Cum maxime dolere debeam, me Amor ad gaudendum compellit.

b) [*Domina enim de mea internecione cogitat* ; *sed*] si me occidet, suum peccatum erit.

c) [*Quod tamen fore ne accidat, spes est, nam*] magis benigna est quam ut inclementer agat.

d) (Sensus hic potisssimum hiare videtur). Quod in ea depereo, oculorum meorum vitium est.

e) Nec tamen queri mihi licet, cum sit invidendus ille dolor.

Istius ætatis viri, omnium harum sententiarum peritissimi, eo magis delectari poterant quo plures minori spatio occurrebant; nos vero isto concitatiori et quasi anhelo inter tam aliena cursu rapti fatigamur.

Hoc insuper gravamur quod, cum scriptor plura (nec enim plurima in promptu habet) jam in primis versibus perlustraverit, paucissimaque exsequenda supersint, necesse est ut ad prædicta redeat : sic in sequenti carmine, in quo

(1) Nec id carmen temere allegamus; primum enim in plerisque codicibus scriptum, summum auctoris opus ab omnibus habitum esse videtur.

scriptor animo recolere intendit quæ illum ad sperandum timendumque invitent (vix autem de timendi causis mentionem fecit) :

> Voir est c'Amours m'a a desloi mené...

cum subito, vix ingressus iter, pedem refert :

> Mais mout m'est bel c'a son plaisir me mene...

ut ad contraria demigret :

> Car, se Deu plaist, encor me saura gré
> de mon travail...

dum tandem, post aliquot versus, ad priora revertatur :

> ...poor ai ke ne m'ait oblié.
> (Gace Brulé, 437, *Arch.*, XLI, 354.)

Cum sic de carminis initio sit (primam enim tantum stropham subjecimus), non potest non fieri quin reliqua pars tantum rebus aut etiam verbis redintegratis constet : quæ in ipsius carminis textu videre licet.

Hæc est causa cur sæpius, quod fuerit auctoris in scribendo propositum, incerti plane simus, vel cum res ipsa per se dilucida est. Sic idem quæ sibi ab Amore bona ac mala provenerint, recolere ac pensare postquam instituit, cumque ideo singula enumerare debeat, omnia ita miscet atque intricat ut rerum summam facere plane non possimus (171, *Arch.*, XLIII, 334).

Nec illum *Gace Brulé* temere aut perperam inter tot alios, quasi omnium imaginem referat, elegimus : plerique enim sibi eum imitandum proposuerunt ; nec, si quidam ab eo plus minusve abhorrent, consulto abhorrent ; superbas istas ambages, istam quasi eruditionis jactantiam, istum præcipiendi morbum plurimi æstimata fuisse testem habemus G. *de Dargies* qui sibi ipsi summæ laudi vertere non dubitat

quod carmina *valida et gravia* composuerit, (1) ut verum amatorem decet :

Nec alia ob merita noster ille *Gace Brulé* quasi totius amatoriæ poeseos antistes habitus est, ex æquo positus cum rege Theobaldo, summa dignitate magis quam ingenio hunc honoris gradum consecuto (2) : tum enim primum cum eo locum in multis codicibus obtinet (3) ; tum ab eo permulti numeros mutuati sunt (4) ; videmus etiam maxime pium poetam ei, quanquam artis peritissimum fuisse fatetur, summæ culpæ vertentem quod tantas dotes in nugis consumpserit (5) ; animadvertimus postremo carminum scripto-

(1) La gent dient por coi je ne fais chans — plus legiers [et] millors a retenir ; — maix ne seivent c'amors me fait sentir, — car de celui k'aimme plux loiaulment — covient movoir les chans fors et pe(n)sans ; — (et) ki moins aimme, de lui covient issir — les foibles chans ke chascuns puet furnir — (201, *Arch.*, XLII, 383).

(2) Istum docendi morem, de quo supra diximus, apud eum sæpe deprehendas ; quasi proprie Amoris pontifex fuisset, sibi regendorum animorum munus assumpserat : amicorum labantes erigit, peccantes reprehendit : Chantez, Rainaut, qui antan amiiez, — or m'est avis que vous en retraiez ; — se du partir estes appareilliez, — ja onques Diex puis jour ne vous ament (719). Le comte Juffroi ai proié — qu'il lait la vie de fausser (Pb^3) — (aut : qu'il n'ait envie de fausser, Pb^5) — mort serions par son pechié (1867, *Arch.*, XLIII, 347). — Cuens de Blois, sanz ensi amer — ne puet nus en grant pris monter ; — du Barrois vous doit ramembrer — qu'amours fet les bons amender (643, inéd., Pb^3 25). — Cf. etiam 437 (*Arch.*, XLI, 354), 1465 (*Arch.* XLIII, 279) 801 (*Arch.*, XLII, 348). — Fere eadem apud *G. d'Espinau*, 1082, 1784 (*Arch.*, XLIII, 353, 321). — Sese invicem ille et G *de Dargies* in amore rite et caste colendo, ac in impiorum opprobriis spernendis confirmant : Ke font cil fol maleüré — ki se poene[nt] de vos (nos?) contrarier?... — A vous le di, compainz Gasse Brullé, — pensez d'amours, de son nom enforcier (112, *Arch.*, XLII, 342). — Cf. etiam 418 (*Arch.*, XLII, 342). 1223 (*Arch.*, XLI, 319). — Hic autem discipuli partibus contentus esse videtur : Mestres Gaces a rent — qui s'humilie franchement, — plus s'essauce et mouteplie. — (708, Din., III, 191).

(3) P^a, Pb^4, Pb^6, Pb^{14}, Pb^{17}.

(4) V. 1178 (Jacques d'Amiens) e 1102 desumptum ; 788 (ejusdem auctoris) e 826 (?) ; 1778 (incerti auct.) e 1779. Ejus nomen memoratum in 433.

(5) Or me [re]gart et voi trop bestorné — tout le siecle, ceus que fole

ribus præmia in poeticis certaminibus quæ Atrebatibus ac in quibusdam ejusdem regionis urbibus inibantur, potissimum delata fuisse, qui ad istam componendi rationem propius accedebant (1).

Quod ad elocutionem nostrorum poetarum proprie attinet, liceat primum judicium hic subjicere quod acutissimus medii ævi operum æstimator de ea re tulit : « Les chansons du XIII[e] siècle, d'un intérêt historique rarement puissant, d'une monotonie de sentiment fréquemment désespérante, sont néanmoins de rares modèles de rythme poétique et de langage élégant et pur. Ce sont les plus sûres autorités de notre grammaire au XIII[e] siècle, et quand on voudra bien regarder l'histoire de la langue comme une partie des devoirs imposés à l'Académie française, on consultera d'abord, et presque pour chaque difficulté, le recueil de nos vieux chansonniers » (2).

Paulo fortasse clementius hæc scripta : nam quanquam multum antiqui sermonis notitia in proferendis voluminibus proficere potest, quorum magna pars inedita est (3), reliqua autem tam prave edita ut impressis secure uti vix liceat (4), fatendum est tamen in lyricis carminibus non uberrimam materiam veteris Galliæ linguæ studiosos inventuros esse, nec doctissimos viros qui in Academico cœtu considunt quique annalium linguæ conscribendorum muneri, nuper assumpto, assidue vacant, magnopere vituperandos putamus, si antiquos codices, in quibus sepulti jacent scriptores lyrici,

amour maine. — Je le vos di pour Gasse le Brullé ; — assés chanta dont Dex ne li set gré... — bon sont li chant : por ceu ai ge emprunté... — Quod carmen (n° 425) iisdem numeris ac 437 scriptum est.

(1) Confer cum ejus carminibus ea quæ in codice Pb[17] notantur ut « chansons coronées » (514, 625, 1015, 1175, 1470, 1568, 1745, 1936).

(2) P. Paris : *Les Manuscrits français*, VI, 47.

(3) Carmina circiter 930 nunquam adhuc typis mandata sunt.

(4) Nullius enim prorsus pretii sunt farragines a Tarbé et Dinaux editæ ; volumina, ut decet, a Mætzner, Bartsch, Fath, Raynaud publicata excipimus.

haud crebro evolvunt. Verborum enim apparatum satis inopem præbent, et paucissima quæ jam aliis locis non usitata sint ; eleganter sane hæc scripta, sed jejuna lingua, nec, quod majoris refert, ita emendata quæ non multis impropriis inquinetur. Cujus facti causas breviter inquirere fortasse operæ pretium sit.

Ea est inter omnes lyricos scriptores cognatio, tum ex hac, cum ex illa Galliæ parte oriundos, quod utrique sæpissime, ut jam diximus, rebus sensu carentibus animos dederunt. Cujus rei originem critici scrutati sunt, alii in poematis, quod *Roman de la Rose* inscribitur (multo autem posterius est), alii in scholastici sermonis imitatione : at cum nullus fere nostrorum poetarum, præsertim si antiquissimos attendis, clericus fuerit, necesse est diversam causam proferre.

Nihil vero hic mirum videbitur communem de amore doctrinam paululum inspicienti, qua inventionis facultas in angustissimum cohibebatur. Cum enim amor ante omnia secretus permanere deberet, nullius quotidianorum factorum meminisse licebat, per quæ apud Latinos, ut supra demonstravimus, tanta diversitas ejusdem generis operibus accedit ; cum amatam amanti summopere præstare concessum sit, nec ullus ideo ex acrioribus affectibus, aut ira, aut indignatio, exprimendus sit, quid ei restat, nisi ut animi brevissimos subtilissimosque motus curiose aucupetur? Tunc merita enumerat quibus se dignum jactat qui ametur, aut commendabilem dominam prædicat : sic nascuntur, exempli gratia, *Prix*, *Valeur*, *Honeur*, *Soulas*, *Franchise*, etc.

Mox, non tantum mentis aut corporis dotes, sed fugaces etiam animi habitus, vel sui ipsius, vel dominæ considerat, perpendit, describit (*Attente*, *Espoirs*, *Servirs*, *Pitié*, *Merci*, *Doux Semblant*, *Orguel*, *Felonie*). Nec ea nominare satis est : at, cum nulla alia materia in promptu sit, mox vita donata quasi in scenam prodire jubet : sic velut sponte scribetur :

Se Biaus Servirs ne ment.

(Coucy, 1913, F. 66.)

Se longue Atente et Bon Espoir
ne me font Amours recovrer.
(Gace, 361, ined., Pb[3] 27.)

L'ire par quoi m'est falluz
Doux Semblant...
(Blondel, 2124, T. 35.)

Hautesse et Beauté et Richor
veulent que je soie refusé.
(Moniot, 1704, *Arch.*, XLIII, 301) (1).

Demum, inanes has umbras propriis quasque insignibus instruere, inter se opponere, colloquentes, colluctantes ostendere vel minimo artificio alius poterit : quod potissimum in notissimo *Roman de la Rose* fiet : at omnes illas vere a lyricis poetis creatas fuisse, a G. *de Lorris* autem tantum, ut ita dicam, vestitas et ornatas contendere æquum est.

Sed, vel meros animi motus describere studentis res exteræ, quæ continuo nobis obversantur, sermoni suam imaginem quasi imprimunt : quod fit per *translationes* ac *similitudines*.

Non ita etiam usitatæ sunt apud nostros poetas ut in Aquitanicis exemplaribus similitudines, easque præsertim ita inscite tractaverunt ut pæne eorum dictioni sordi magis quam ornamento sint.

Novimus quam exquisita arte eis antiqui usi sint, quantumque ex illis nitoris eorum operibus accesserit : quæ apud Homerum abundant, ut cetera omittam quibus excellunt, maxima simul et simplicitate et varietate pollent. Ille enim, rerum splendore captus, nihil rarius quærit quam quæ primum et velut sponte oculis occurrunt, nec ullam earum, quasis poeseos dignitati inferiorem, spernit. Sic, dum plurimas e mari aut procellis, e leone aut aquila comparationes petit, non se tamen inhonesta fecisse putat si alias ex asino,

(1) Cf. Coucy, 1009, F. 52 ; Gace, 719 et 221, *Arch.*, XLII, 266, 307 ; Dargies, 708, Din., III, 191 ; Moniot, 430, *Arch.*, XLII, 278.

porco, cane, eruca, vespertilione assumpserit : in eo præsertim vere ingeniosus inventor quod fugitivos rerum aspectus accommodatissimis comparationibus exprimere callet : sic armatorum catervæ nunc gruibus, nunc apibus ex alveo exeuntibus, nunc caprarum pecori, aut agitatis fluctibus, aut atris nubibus quæ grandinem prænuntiant, conferuntur; miles ab hostibus pressus nunc cervo canibus circumdato, nunc apro dentes nudanti, nunc asino quem fustibus a vetitis pabulis arcere pueri certant.

Nostros contra inopia aut obscuritate sæpissime peccasse fatendum est: raro enim ex eis quæ subjiciuntur oculis, quasi vilibus et plebeiis, imagines desumunt : scilicet non oculos, ut ita dicam, sed memoriam tantum ad eas inveniendas adhibent.

Quasdam primum e proverbiis et communibus dicendi modis mutuantur : *Blondel* ait se in conspectu dominæ quasi folium ventis agitatum (1), *Coucy* se plurimum constantiæ fidere quia petra vel durissima stillicidio cavari solet (2), aut contra non magis esse verisimile se voti fore compotem quam puerum stellas manu captantem (3). Cujus generis comparationes popularem originem sæpe redolent : sic de amata dicitur :

> C'est li coches ki guenchist a tous vens.
>
> (684, *Arch.*, XLII, 326) (4).

At si humiles et sordidæ, significantes saltem nobis videntur.

Plurimæ contra reconditæ, e longinquissimo arcessitæ : sæpius enim ex arcanis puerilis illius medii ævi scientiæ, præ-

(1) 1007, T. 20; cf. B. de Ventad., R. III, 45.

(2) Ke l'aive seut perchier la pierre bise (127, F. 70; cf. B. de Vent., R. III, 81.)

(3) 1965, F. 41.

(4) Legitur perperam in B² « la chose », quod sensu caret. — Frequenter hæc comparatio de muliere usitata. Cf. Godefroy, *Dict.*, s. v°, et *Revue Critique*, 1868, n° 107.

sertim ex istis *Bestiariis* aut tractatibus *de* ficticiis *Proprietatibus Rerum* (1), tot fabularum per sæcula congestarum receptaculis, haustæ erant, aut e philosophorum vel theologorum scholis manaverant : sic se Theobaldus unicorni æquiparat quæ, oculis virginis allecta, facile a venatoribus occiditur (2075, T. 4); *Bestourné* et Adamus *de la Hale* tigri quam speculo apposito comprehendunt, sui ipsius redditæ imaginis contemplatione defixam (*Hist. Litt.*, XXIII, 532; *Arch.*, XLI, 358; De Coussem., p. 126); scriptor incertus vulturi qui arborum maxime egregiam eligit ut ibi nidum ponat (2), alius phœnici quia et ipse ardet (3), comes Britanniæ sireni quæ tum maxime canit cum mare furit (4).

Accidit non raro ut ignorantia fontium, e quibus hauserunt, in interpretatione hæreamus : cur domina, exempli gratia, corvo aut serpenti (5) assimiletur, nos plane fugere

(1) V. G. Paris, *La Litt. franç. au moyen âge*, § 100, 154; *Hist. Litt.*, XXX, 334 sq. et G. Raynaud, *Romania*, XIV, 442.

(2) Un grant mervoille fait li ostors — ou mois de mai, quant il fait son crié (?); — il vait ou boix, lai ou li biaul fust sont, — et cognoist bien li keilz est ataichiés (*corr.* entaichiés?). — vait a plus bel, illuec fait son atrait (1975, *Arch.*, XLIII, 299).

(3) Ensi seux com li fenis(e) — ke tous s'airt pour li ocirre (4, *Arch.*, XLIII, 352) : cf. 1640 (*ibid.*, 294) : Or seux fenis, laisse, soule et eschive, — dont il n'est c'uns, si com on le devise (Duch. de Lorraine). V. *Rom.*, I, 439.

(4) Tout ausi com la serene — qui chante quant il fait torment, — chante je quant plus ai paine (547, ined., Pb[6] 202).

(5) C'ele eüst pris garde a la nature — dou corbel qui noirs est come charbons, — ele ne fust pas envers moi si dure .. — mes ele vuet la guivre resembler (212, ined., Pb[17] 235).

Non multum absimilia apud Occitanicos invenimus : sic, *R. Berenguier* dominam basilisco comparat quia amborum oculis homines vulnerantur (P. Meyer, *Bib. Ec. Ch* 1869, 498), se *G. de Capestaing* serpenti qui sycomorum vitat (R. III, 109), *R. de Barbezieux* nunc elephanti, qui, semel lapsus, jam assurgere non potest nunc cervo qui omnium oculos moriendo fugit (R. V, 433-5); B. *Zorzi* Amorem serpenti qui, nudos fugiens, magnifice tantum ornatos sequitur (R. V, 58), P. de *Cols* eumdem vulturi qui gruem clangoribus conturbat (R. V, 309), *P. Raimon* se tædæ quæ consumitur aliis lumen ac voluptatem faciendo (R. III, 127;

libenter fatemur. Plerique demum non multum aliter amorem declarant ac mirus, inter Molerii nostri personas, quidam amator (1).

Inter omnes, G. *d'Espinau* commenticiæ illius doctrinæ immodicus ostentator : ejus domina adamanti fit similis, cum omnes homines, ut adamas ferreum acu, decipiat (1840, *Arch.*, XLIII, 364); seipsum novam Echo, Narcissi amore pereuntem fingit (*H. Litt.*, XXIII, 576) aut cervum siti laborantem (928, *Arch.*, XLIII, 368) aut etiam lunam a sole lumen accipientem (2).

Alius, theologiam et res amatorias miro modo involvens se libenter ait dominæ inclementiam tolerare, spe finis ferentem durissima, ut animæ quæ purgatorii ignium ardorem vix sentiunt, cum se æternæ beatitudinis proximas putant (3).

Res tam longe a litteris et poesi abhorrentes aliquid nonnunquam deforme oculis proponunt : sic, idem G. *d'Espinau*, ut hydrops aqua satiari, sic dominæ aspectu oculos explere nequit (1840).

Aliæ tamen magis contortæ et perplexæ sunt quam ut eas ab ipso poeta, et ægerrime quidem, excogitatas non arbitremur : quid his scriptor intellexerit, enucleare non committemus :

> Ma dame est douce iave et fus,
> pour moi ardoir et estaindre ;
> mais ce ne fist onques nuls

cf. ncertum e nostratibus, *H. Litt.*, XXIII, 823, atque etiam nostrum *V. Hugo* : « Je fais mon devoir de flambeau ! »).

(1) « Mademoiselle, ne plus ne moins que la statue de Memnon rendoit un son harmonieux lorsqu'elle venoit à être éclairée des rayons du soleil... et comme les naturalistes remarquent que la fleur nommée héliotrope tourne sans cesse vers cet astre du jour, etc. (*Le Malade imaginaire*, II, 6).

(2) Ne volroie joïr de rien ke soit — se ceu por li ne m'estoit avenu, — si com la lune ait son veoir perdu — quant la clairteis dou soloil ne recoit (1840).

(3) Je seux ensi con cil ki est *ou feu* (?) — ou les armes s'en vont por espurgier — ki airt toz vis et si ne sent dolor — por la grant joie k'il en atent dou ciel (1975, *Arch.*, XLIII, 299).

avant dorer et puis paindre :
au premier fui bien venus;
d'itant est ma dolor graindre
que truis apres douls amer.

(Blondel, 2124, T. 35.)

Quod in loco superiore deprehendimus, frequentur occurrit, id est verba ineptissime collocantur, aut consociantur inter se repugnantia, aut satis feliciter inventa imperitissima verborum junctura deformantur : sic

D'un dous regart fist verge a moi ferir (1).

(Blondel, 482, T. 14.)

Car mes fins cuers ke ne s'en puet movoir
voroit ainsois c'on le mesist en biere (2).

(Gace Brulé, 1923, *Arch.*, XLIII, 246.)

Minorem forte etiam inventionis vim in transferendis verbis carminum scriptores, tum australes, tum septentrionales, exhibuerunt. Nulla forsan est metaphora quam ipsi procuderint : omnes contra vel a scriptoribus antiquis, vel e communibus dicendi formis haustas in latius trahere, adhibito ad id ingenio ad argutias promptissimo, certaverunt. Quomodo ortæ primum, multis deinceps incrementis auctæ, indagare non erit otiosum, cum plerarumque, longissimum iter in litteris emensarum, vestigia nunc etiam in nostra lingua reperire sit : quibus viis et modis ad nos pervenerint, breviter ergo quæramus.

Nullus non dixit ab amore pectus hominum sauciari : quam metaphoram Græci quasi oculis conspicuam effece-

(1) Verbum fortasse e populari sermone desumptum, jamque a Provincialibus usitatum : cf : D'aquestas mas fo culhitz lo bastos — ab que m'aucis la plus belha qu'anc fos (B. de Ventad., R. III, 61). E cuelh lo ram ab ques fier (Id., *L. R.*, I, 330). Car ieu meteis culhi lo ram — ab quem feri. (P. Wilhelm, *L. R.*, I, 413).

(2) Quæ in memoriam ultro revocant illud Molerii notissimum : « Vostre cœur crie avant qu'on l'écorche (*Les Préc. Rid.*, sc. IX.)

rant, arcu Amorem instruendo. Illam Amoris effigiem, a medii ævi scriptoribus nullo modo ignoratam (1) carmina nostra paululum adulteravere : apud hos enim, non ab Amore ipso, sed dominæ oculis emittuntur sagittæ, cordibus inimicæ (2) :

> Ses ieux rians si furent l'arbalestre
> qui me laissierent le dous quarrel venir.
> (187, ined., Pb[17] 214.)

> Vos m'avez mis el cuer si dure lance...
> D'un dart d'amour aussi gros come lance
> m'avez feru el cuer (3).
> (178; ined.; Pb[17] 207)

Vulnus autem, quamvis nocivum, oculis non apparet :

> Il (son gent cors) m'a navré et si n'i pert il mie
> d'une grant plaie dont il m'estuet morir (4).
> (184; ined., Pb[17] 214.)

(1) Amors « el cuer l'a de son dart ferue » (Chr. de Troies, *Cligès*, v. 461). — Amors est painte soltiment — et tient dos dars en sa main destre (Benoit, *Eneas*, Bartsch., *Chrest.*, 131). — Incertus auctor, antiquorum sane non indoctus, Amorem ut cæcum sibi fingit : Bien ait de Deu qui lor ieulz fist crever : — s'amours veïst, ne croi, que que on die, — que vrai amant eüssent longe vie. (524; ined., Pb[5] 132). — Cf. Trag demanes — sagetas d'aur ab son arc asteiat — puesc lansa un dart de plom gen afilat (Gir. de Calanson; R. III, 391). — Ab sos dartz que a fagz furbir — e II cairels — brus ab cembels — de fin aur com vi resplanir, — l'autres d'assier (Id., M. *Ged.*, 111).

(2) Duas has imagines in unam contraxerunt Ronsardus et permulti alii, cum Amorem pingunt, in oculis mulieris amatæ morantem et inde jaculantem : Ce traître Amour... — Puis dans les yeux de celle qui m'est chère — S'enfuit tous droit, se croyant bien caché (J.-B. Rousseau, *Epig.*, 1, 2; Cf. *ibid.*, 1, 5.)

(3) Cf. : Quem nafret gen el cor ses colp de lansa — d'un dous esgart, ab sot huellis amoros (G. Faydit, *L. R.*, I, 372). — Veus l'arc don tan grans colps fier—ab une esguart demanes (*P. O.* 193). — Cf. G. de Cabest., R. III, 112; Azemar le Nègre, P. O., 360, et Mætzner, p. 174. — Per oculos intrat ad mentem *sagitta amoris* (*De Modo bene vivendi*, falso S. Bernardo tributum, Migne, vol. 184, col. 1241).

(4) Cf. Amur est plaie dedens cors — et si ne pert noient defors (Marie de France, ap. Mætzner, 241).

Antequam cor lædat, per oculos transit, nullo autem saucii dolore :

> Dius! com m'a mort de debonaire lanche...
>
> (Coucy, 209, F. 61.)
>
> Parmi mon oil entra la maladie
> dedens mon cuer qui ne s'en puet issir (1).
>
> (184).

Hæc igitur sagitta umbræ conferenda : quippe ambæ prensantium manus effugiunt (G. *d'Espinau*, 1840) vel solis radio, vitrum illæsum permeanti (2) :

> Tout autresi come par un moustier
> puet le soleil son rai faire fichier,
> ...et se retret sanz le voirre brisier,
> ...se puet le dart dedens mon cuer fichier
> le ceuer naivreir sanz le cors enpirier.
>
> (*Arch.*, XLIII, 366.)

Ergo proditionis oculos arguere licet cum sagittam cordi nocivam retundere non tentaverint, aut inquirere num magis succensere oporteat viri oculis, qui damnum fieri passi sunt, aut feminæ, a quibus illatum est :

> Ke doi je dont a mon cuer demander?
> Che li fi jou, que par mes ieus le sent.
>
> (Rich. de Fournival, 847 ; Mætzner, 23.)
>
> De mon fin cuer me vient a grant mervelle
> ki de moi est, et si me veult occire.
>
> (Gace, 1006 ; *Arch.*, XLIII, 286.)
>
> Car traï m'a et mort a escient
> mes jolis cuers ke je doi tant haïr.
>
> (Coucy, 671 ; F. 57.)

(1) Omnes has nugas reperies quoque, et amplissime explicatas apud Benedictum (*Roman d'Enéas*, éd. Pey, p. 30), et Christianum Tricassensem, *Cliges*, v. 705 et passim.

(2) Hanc comparationem frequenter usitabant theologi, ut demonstrarent quomodo fieri potuisset Virginem, licet intactam, Christum peperisse. Cf *Cliges*, 725, et De Puymaigre : *Les Vieux auteurs castillans*, I, 290.

Et mi eul me per ocirront
dont je la vi...
mi eul n'en font pais a blaimeir
mais li sien m'ont mort (1).
(Gace, 1918; *Arch.*, XLII, 382.)

Iisdem vero qui vulnerant, vulneratos sanare licet : medici ergo vulneris quod intulerunt, dicantur :

Un douls regart dont la plaie me blesce
qu'elle m'a fait des biaus ieulz de son front.
N'en puis guerir, se mire ne m'en sont (2).
(Blondel, 182; T. 13.)

Quod primum de oculis dictum erat, de basio quoque usitatum : sic in lepidissimo sequenti carmine :

Premier baisier est plaie
d'amours; en mon cors
m'angoisse et esmaie...
Ja ne m'en puet venir santés
si ce dont sui navrés
ma bouche ne rassaie (3).
(Blondel, 110; T. 23.)

(1) Cf. Mey huelh traydor (Giraut lo Ros, R. III, 10). — E pus mon cor e miei huelh trahit m'an (G. Faydit, R. III, 288). — Cf. et Christ. Tricass., *Cliges*, 474-507 : Ses iauz de traïson encuse — et dit : Oel ! vos m'avez traïe... — Et que m'ont donc forfet mi oel... — Doi les an je blasmer? Nenil. — Cui donc? Moi qui les ai an garde. — Mes iauz a nule rien n'esgarde, — s'au cuer ne pleist et atalante. – Aliis locis, cor oculos incusat quod parum fidi nuntii fuerint : — Oil, volontiers avez veü — ce que lonc temps m'a ja grevé; — mal mesage a en vos trouvé — li cuers qui la vos envoia, — dont il a tel dolor eü (B. de la Kakerie, Din., III, 117). — Cf. : Ses biaus iex que ses cuers m'envoie — plus douls message — ne me pourroit ele envoyer (Blondel, 120, T. 38). — Sols quels huelhs fossan mandatz del cor (Cadenet, *L. R.*, I, 360). — Ea enim erat duodecimi sæculi philosophis opinio omnes sensus a corde pendentes, ejus mandata accipere et exsequi. De oculis et corde inter se artissime conjunctis, v. Mætzner, 178.

(2) Cf. eadem amplissime explicata apud P. *Raimon* (R. III, 130) et F. *de Romans* (*L. R.*, I, 491).

(3) Cf. Gace Brulé, 160, *Arch.*, XLIII, 273. — Jam vero B. *de Ventadour* basium « telo Peleio » contulerat : — Que de son colp no podi 'hom guerir — si per eis loc no s'en fezes ferir (R. III. 13 ; cf. Mætzner, 240).

Hoc ergo iter emensa erat metaphora illa e quadam imagine orta, a natura primum non plane abhorrente : iis autem, quæ supra allegavimus, multo exquisitiora excogitando, ignotus quidam poeta totum ex ea carmen putidissimæ quidem affectationis concinnavit : si ei credas, sagitta non jam oculi, sed totius dominæ corpus est (1) :

> La fleche (2) en est son biau cors que Diex gart,
> et la note (3) qui bien y prent regart
> ce est la greve (4) qui ses cheveus depart ;
> les enpanons qui n'ont mestier de fart
> sont ses cheveus, que de bon cuer esgart ;
> l'ucil est le fer qui si me point et art...
> Son biau sorcil brunet deugié en son,
> c'est l'arc dont fu tret le dart de randon
> qui m'est el cors jusques à l'empanon.

Quam confuse, incondite ista scripta! Nuper telum (« le dart ») corpus erat totum; nunc supercilium fit arcus, quo telum mittitur, ita ut... Absurdæ vero ultra modum consequentiæ ne immoremur, et, lectori parcentes, reliqua omittamus (5).

Verba vix transferimus, cum dicimus animum (aut, ut solemus, cor) amantis dominæ esse dicatum : nostri vero poetæ suum cor sibi fingunt e proprio corpore in dominæ pectus migravisse, seque ideo corde carere :

> Lues ke la vi, li laissai en ostage
> mon cuer ki puis i a fait lonc estage.
>
> (Coucy, 40 ; F. 51.)

> Quar on ne vit pieca durer
> home sanz cuer longues einsi.
>
> (Gace, 1304 ; ined Pb[3] 38.)

(1) Illud carmen perperam in alio quodam insertum est (Pb[14] 113). Editum in *Arch.*, XLIII, 365.

(2) Intellige tantum *hastile ;* totum telum « dart » nominatur.

(3) Hodierna lingua « coche ».

(4) *Grene* (*Arch., loc. cit.*), sensu caret.

(5) *Cf. Cliges*, 770-800 : « Or vos reparlerai del dart, etc. »

Chascuns se plaint de tolir et d'embleir
c'amors ont pris lors cuers en traïxon.
(Id., 801, *Arch.*, XLII, 347.)

Sanz cuer sui, deus en a ma dame
sans cuer sui, deus en a od soi.
(P. le Borgne, Scheler, II, 143; cf. Wack., 49) (1).

Aliquando ad priorem dominum nuntius revertitur (2) :

De vos ai messatges cortes
mon cor, qu'es lai vostre ostaliers,
m'en vai de vos sai messatgiers (3).
(Arn. de Marv., R. III, 202.)

Hic vero sæpius optat cor suum ibi « retineri » :

Des ke mes cuers ne s'en veut revenir
de vos, dame, por cui il m'a guerpi,
aumosne arés, sel daigniés retenir.
(Coucy, 700 ; F. 48.)

Omnia igitur de corde dici possunt quæ de captivo valent : sic captivo alimenta ministrari decere :

Dame, qui velt son prison bien tenir,
et il l'a pris a si rude bataille,
doner li doit le grain après la paille (4).
(Thib , T. 18.)

Ejus nonnulla miseratio habenda, præsertim se patientem et submissum exhibentis :

Maix avis m'est ke je doie troveir
belle mercit en la douce prixon (5).
(Gace, 801 ; *Arch* , XLII, 348.)

(1) Cf. : Pero mon cor que remas lai — anc pues de vos no s'i parti, — ab vos sojorna nueg e jorn (Arn. de Marveil, R. III, 201). — Que ses cor vauc e ses cor veng. — Bella domna, vos n'avetz dos — que vos avetz lo mieu el vostre (F. de Romans, *L. R.*, I, 491) —Cf. Peyrol, R. III, 269, 274, 277 ; G. de S. Leidier, *P. O.*, 283 ; P. de Maensac, *P. O.*, 301 ; Sordel, R. III, 443 ; Azemar, *P. O.*, 360, etc. — Cf. apud nostros Gace, 160, 1579, 801 ; Coucy, 700, 882 ; Blondel, 1227 ; Dargies, 1008 ; *Eneas*, ed. Pey, p. 35.

(2) Cf. supra, p. 106, n. 1.

(3) Cf. Vesc. de S. Antoni, *P. O.*, 201.

(4) A lei me clam de sos mals noyridors (J. de Bonels, *P. O.* 204).

(5) Bella domna, vaillam vostra valors — qu'anc nulhs caitius destregs ni mal menatz — non saup son dan tan gen suffrir en patz (P. de Capd., R. III, 188.)

Permulta alia, ex illius ætatis agendi aut dicendi modis, ut quæ supra allegavimus, manaverunt : sic ea, in quibus metaphora vix percipiebatur, proprie e moribus qui *feudales* dicuntur, desumpta sunt : « *être en dangier* (scilicet in potestate) *de sa dame* (1), *être en sa baillie* (2), *être son homme, son homme lige* (3), *lui être donné en fief :*

A li me seux liges doneis en fiez.
(G. d'Esp., 119; *Arch.*, XLIII, 264.)

Je ne sers pas a mois ne a semaine
mes chascun jor, s'il li venoit a gré (4).
(Blondel, 1495; T. 40.)

Ex his permulta oriuntur : cum amans dominæ sit, hæc eum aut dare aut vendere, aut salvare aut occidere potest :

Vendre me puet ou doner (5).
(G. de Dargies, 376; F. 75.)

Qu'en vos es ma mortz e ma via.
(Folq. de Romans, *L. R.*, I, 490.)

Quam vero deforme sit captivum qui sponte in deditionem venerit, interficere! Quod scelus admitteret, imo, quod sibi detrimentum inferret qui « hominem » ipse suum occidere non dubitaret! Quis enim, postea tali domino inservire vellet?

Membreir vos doit com laide crualteit
fait ki ocist son lige home en demoinne,
(Gace, 437, *Arch.*, XLI, 354.)

(1) Esse in dangerio domini feudalis. V. Du Cange, s. v°.

(2) Esse in ballivia. V. *ibid.*

(3) Ligius homo, ligium hominium, V. *ibid.*, et Mætzner, 104, 109, 133, 185.

(4) Domna, vostr'om sui e serai — al vostre servizi guarnitz — vostr'om sui juratz e plevitz — e vostres m'er ades enan (B. de Ventad., R. I I, 87; cf. *L. R.*, I, 322, et Alf. d'Arag., R. III, 119). — Anc dis quascus quan vol pregar — mas junchas e de genolhos : — « Domna volhatz queus serva humilmen — com lo vostr'om? » (Gui d'Uisel, *P. O.* 267.)

(5) Cf. Guilh. Adhémar : (Mi dons) cui sui hom per vendre e per dar (R. III, 195) et permultos alios.

Se je muir par son voloir
ce sera mauves esgart,
mains en avra de pooir.
(G. de Dargies ; Din., III, 189.)

Se vous vostre home falés...
james nul n'en prenderés,
si soit a vos volontés (1).
(Id., 1626 ; Mætzner, 2.)

Domina igitur iisdem officiis erga amantem obstringitur quibus *senior* erga *vassales* : scilicet primum navatæ operæ præmium solvere debet ; nec se ob aliam rem ministerium præbere fatentur :

Mout longuement l'ai amée et servie ;
bien est mes tens que la desserte en aie (2).
(Blondel, 601 ; T. 42.)

Quam jure igitur dicunt (commune enim proverbium erat)

(1) Cf. Gace, 1304 ; 187 ; 1638 ; Dargies, 1626. — Ors ni leos non etz vos ges — que m'aucisatz, s'a vos mi ren (B. de Ventad., R. III, 46). — Cf. id., III, 77 ; Blacas, III, 337 ; F. de Romans, *L. R.*, I, 491). — In carmine quodam, amans se etiam equo comparat ab equite pessime habito : Tu me poinz, et quant je cuit movoir, — si me retiers en la gorge dou frain (*Rom.*, VII, 98).

(2) Cf. Mætzner, 115 : Auzit ai dir — que qui ben sier, bon grazardon aten. (Arn. de Marv., R. III, 214). — Pus mos mas dins las vostres tinc, — e de vos servir nom retinc. — faitz me com pros dona del sieu (G. de Berguedan, M. G. 165).—*P. de Capdueil* ait *senioris* officium esse *vassali* in castello ab hostibus obsesso opitulari : mempe ipse ab Amore oppugnatur (R. III, 187). — Hujus generis metaphoræ in sacras etiam res migraverunt : sic, in fere omnibus carminibus in quibus fideles ad bellum adversus Saracenos compelluntur, necnon in summorum Pontificum de ea re hortationibus, Deus *seniori*, Christianus vero *vassali* adsimilatur : proprium ergo officium est Deo laboranti (aut saltem laborare simulanti, ut homines salvandi occasionem habeat) opem ferre, ea autem conditione ut ille debitum præmium solvat. « Nus ne doit faillir son creator : — Ki li faura a cest besoin d'aïe, — sache de voir faura li a greignor. » (Con. de Betune, 1125 ; Scb., I, 2). Cf. Dom Bouquet, XV, 605 ; XVII, 474 ; Migne, vol. 182, col. 652.

« Expedit valde bono domino inservire ; quicumque autem malo se addixit nihil nisi injurias exspectet » :

Qui dur seigneur sert felon loier atent (1).
(G. de Dargies, 1421 ; ined., Pb³ 89.)

Apud omnes carminum auctores hæc pariter elementa reperias impari autem modo temperata : ut enim, in partium compositione, magis ac magis subtilem artem affectaverant, sic in elocutione ea paulatim evanescere videmus e quibus dictio spiritum ac vitam ducit, ita ut in dies elatior quidem, at jejunior quoque et hebetior fiat.

Quam paucæ et exiles fuerint metaphoræ, quam puerili diligentia eas ut scholasticam quamdam commentationem, explicaverint (nam eadem semper pluribus modis inversæ nobis occurrunt), supra memoravimus. Rariores tamen in dies factæ sunt : frustra jam apud *G. Brulé* aut *G. de Dargies* (e quibus quoque manavisse artiorem hanc componendi artem notavimus), requirantur (2).

(1) Que cil c'o sabon van dizen — que mal servir fai mainte gen (Folq. de Mars., *Ben an mort*). — Doncx si en bon esper — estan si servidor — que servon bon senhor, — non dey esser blasmatz — s'ab vos vuelh remaner. (Guir. de Calanson, R. III, 389). — Cf. Rich. de Barbezieux, III, 457.

(2) Unam aut alteram, ut diligentius loquamur, allegare liceret : Trés grant amour me lie — qui m'est ou cuer racinée et florie (1198 ; ined., Pb³ 30) — Dedans mon cuer monte treille — toute preste de florir (565, *Arch.*, XLII, 251), — non injucundas quidem, sed parum dilucidas. — Sequentes afferre non decet : plus sui por li en grant torment — que d'estre sans batel en mer (687 ; ined. ; Pb¹⁷ 45). — Le cuers me rit et repose — ens el cors plus doucement... — vostre cler vis m'esclaire — plus que l'estoile jornaux (1938, *Arch.*, XLII, 263), — cum falso videantur ei adscribi carmina e quiqus eas hausimus. Si quis nobis notissimum hoc et floridulo colore nitens exordium opponet : — « Les oiseillons de mon païs... », respondebimus nihil hic esse nisi quamdam, aliis paulo lætiorem, tritissimarum veris descriptionum, reliquamque carminis partem e maxime vulgaribus sententiis conflatam esse. Illæ etiam descriptiones in dies magis obsoletæ visæ sunt, testanturque multi se non e talibus canendi occasionem ducere : — Ne me sont pas okeson de chanteir — prei ne vergier, plaiseïs ne boisson (Gace (?) 787, *Arch.*, XLIII, 266). — Cf. id., 549 (F. 86) ; Blondel (?), 736, T. 57, etc. — Cf. etiam Mætzner, 223.

Tam jejunus igitur sermo multo magis philosophiæ quam poesi idoneus : exsanguium illud umbrarum agmen in frigidissimis versibus et scholasticis argutiis refertis incedit :

C'or faites en teil merveille
Droiture et Raison faillir.

(Gace, 565, *Arch.*, XLII, 251.)

Raison me dit et Raison me consent
que vous doie, douce dame, honorer ;
mais vo(s) biautés, qui m'atire (atise ?) et esprent
est la Raison qui bien me puet grever ;
car n'est pas droit qui doiés avaler
vostre haut pris pour moi tant elever,
se par Pitié Raison ne le consent.

(686 ; T. 25.)

Plurimi versus fere unice ex istius modi vocabulis constant :

En dolor est m'esperance finée
dont ma peine m'avra longue durée,
qu'en desconfort et en lointain desir
voi qu'amour fait ma joie defenir.

(Gace, 750 ; ined., Pb[3] 34.)

J'atent
a gueridon ke vient per loiaulteit ;
per fauceteit
ne quier nul asuaigement
ne la santeit,
aincois atent
l'aligement
del haut don k'ai tant desireit.

(G. de Dargies, 419, *Arch.*, XLIII, 247) (1).

Num aliquid languidius et frigidius dici potest ?

Plurima hinc vitia defluere necesse erat, summam primum verbum improprietatem : Cum

Biens et Biautés sont en lui compaignon :
Sens et Valor les i fist asembler.

(Gace, 787, *Arch.*, XLIII, 266.)

(1) Cf. id., 684, *Arch.*, XLII, 325.

legimus, quid sit *Biens*, quid *Valors*, num *Biens* ex *Sens* et *Biautés* ex *Valor* ortum sit, an contra, manifesto non apparet. Quid mirum, cum utrumque verbum pariter improprium sit ?

Alia tam incerti et male definiti sensus, ut nihil obstet quin ultima primis præponas. Cum auctor scripserit :

S'un petit de *vilonnie*
esprise de *felonnie*
vous fait Pitié desvoier.

(Id., 505, *Arch.*, XLII, 251.)

non autem

S'un petit de *felonnie*
esprise de *vilonnie*...

plane non videmus.

Congestis ita incertis aut impropriis verbis sensum multis tenebris offundi minime mirum est : multa jam exempla attulimus pluraque sponte legenti occurrunt quam ut ulla hic inserere utile sit (1).

Nonnullis tamen virtutibus pensari non possunt tot et tanta in dicendo vitia : sermo primum ideo quod minime splendoris, plurimum verecundiæ habet : scimus enim ex adhibitis universis aut communibus verbis sermonis elationem oriri. Sic abjecta aut obscena verba constanter vitare consueverunt : quod non mediocri eis honori vertendum, eo præsertim tempore quo nullum fere opus sordibus istis non inquinabatur Non quidem quod, ut nonnulli recentiorum, turpes vulgi plausus sic captare volebant ; illa vero sermonis licentia ita in mores irrepserat, ut nullus ab ea cavere ne tentaret quidem ; apud nostros contra nulla liberior vox pudentissimas aures offendit. Fatendum quidem in alia hanc obscenitatem genera migrasse : attamen laudandum quod certis finibus cohibita sit. Nostros poetas vel intra pauciores annos in hoc profecisse duobus exemplis patebit.

(1) Vide tamen 1795, 787, 1626 (*Arch.*, XLIII, 328, n., 266, XLII, 321)

Quantum antiquiores in describenda feminarum pulchritudine exacti et ideo inverecundi essent supra notavimus. Non jam apud *G. Brulé* et ejus æquales hanc indecoram in enumerandis rebus curam invenimus : mulieres ergo quarum impulsu carmina scribebantur, laudemus quod adeo pudice senserint ut præconiis offensæ fuerint quæ diligentia tantum peccarent.

Non minor apud *G. Brulé* et æquales in amatoriis precibus modestia. Cum priores libere a dominis peterent ut intra brachia jacerent (1). *G. Brulé* et *G. de Dargies* non aliud quidem, sed alio modo, et multo pudentioribus verbis exsposcunt : postulant tantum

La haute honor d'amie.

(Gace, 361, ined., Pb[3] 27.)

La grant joie desirée (2).

(Id., 643, *Arch.*, XLII, 274.)

Sermo non verecundior tantum, at elegantior quoque fit et ad exprimendos subtiliores sensus magis accommodatus : oppositis verbis (τοῖς ἀντιθέτοις), quæ ad id plurimum valent, satis feliciter, non tamen sine modo ut Folchetus Massiliensis, usi sunt :

Ensi me tient Amour en desespoir
ke ne m'ochit ne ne lait joie avoir.

(Coucy, 700, F. 47.)

(1) V. supra, p. 78.

(2) Hæc forsan haud mediocriter mirabitur quicumque stropham quamdam (772, *Arch.*, XLIII, 332) legerit, quæ sic sonat : — Gillos, biaus amis, di li — si iert ma joie creüe : — k'il m'est, puisque je nel vi, — teile honors avenue — k'en un lit ou me dormi — iert ma dame venue. — Ultimum vero versum legere decet « ai ma dame veüe » (Pb[3] 23), scilicet de somnio tantum hic agitur. Quod quoque in communem locum versum erat : multi enim narrant se in somnis dominam alloqui sibi visos esse expergefactosque dolore fuisse confectos. Cf. 732, *Arch.*, XLIII, 43-255 ; Arn. de Marv., R. III, 204. 215, 218 ; Guir. de Borneil, *ibid.*, 310 ; F. de Romans, *L. R.*, I, 489.

Amours ocit et rapaie.

(Gace, 787, *Arch.*, XLIII, 266.)

Mes cuers m'a gari et detruit :
Mais de ce va bien qu'a li pens,
et ce que je perdre la quit
me fait doubler mes pensemens :
ensi me vient soulas et tuit (1).

(Gace (?) 1578, ined., Pb^3 38.)

Quid quoque possint verba callide juncta non plane ignorant :

A mains jointes j'aor
ma Belle Mort ou ma Haute Ricor.

(Coucy, 209, F. 60.)

Ne puis mon bel tort laissier.

(Gace, 505 ; *Arch.*, XLII, 251.

Mout m'a amors atornée
douce paine et bel labor.

(Id. (?), 549, F. 86.)

Et puis k'il vient a plaisir
a la debonaire fiere.

(Id., 1407, *Arch.*, XLIII, 310.)

E supradictis patet ex iisdem humanæ societatis condicionibus eadem fere solere oriri. Etenim apud sæculi tredecimi poetas eadem animadvertimus vitia et virtutes ac recentius apud eos qui a dicto *Hôtel de Rambouillet* cujus jam mentionem fecimus, pendebant : scilicet graves eos videmus, elegantes, verecundos, sæpius autem tardos, enerves, frigidos.

(1) Cf. Blondel, 1585, 551, T. 51, 17 ; Coucy, 671, 986, 209, F. 58, 56, 60, etc.

CONCLUSIO.

Ad summam, lyricorum nostrorum poesis, postquam brevi temporis spatio satis ingenua vividaque effloruerat, intra sententiarum formarumque, quibus, quasi pactione facta, poetæ sese addixerant, artissimum ambitum acquieverat ubi magis ac magis marcida mox deperiit. Etenim exeunte duodecimo sæculo, jam cursu quem dederat fortuna peracto, nihil novi protulit, qualisque a *Gace Brulé* culta fuerat, talis perstitit per centum annos. Quin, litteræ nostræ non multum detrimenti cepissent si cuncta carmina quæ per totum decimum tertium sæculum composita sunt, casu communi deleta fuissent. Sine dubio, fuere his etiam annis ingenia nonnulla non ita imbellia ignavaque ut, vel omnigenis vinculis implicita, quæ usus priorum texuerat, quoquo gressu laberentur; fuere suum Ricardo *de Fournival*, Theobaldo Campanensi, Gisleberto *de Berneville* acumen, fuit pectus; Adamo *de la Hale* fuit eximia metrorum scientia, et elocutione insigni enituit. Verum id genus tractaverunt quo magis impedirentur, aliamque viam si elegissent, forsitan melius eis eventus cessisset. Id autem ipsum genus jam ineunte tertio decimo sæculo evanuerat.

Fuit, ut opinor, rei tam male gestæ causa duplex : primum poetæ nostri — etiamque ipsi de quibus præcipue disseruimus — citissime frigidissima putidissimaque opera Provincialium imitati sunt, orta scilicet dogmatibus istis reconditis quibus vena vel maxime jugis aresceret, imitatique sunt ea minimo consilio, æmulatione servili, rudi tironum imperitia.

Secundo, peculiaris ille morum in Provincia dominantium habitus, unde universa lyricorum poesis provenerat, quibusque semper aliquatenus innixa est, quanquam initio saltem in Septentrione non omnino defuit, mox tamen finem cepit, nobilesque viri, incipiente vix sæculo decimo tertio, harum nugarum tædio laborantes aut aliis intenti, carmina fastidierunt. Tum ad plebeios poesis migravit, apud quos veluti ingenii exercitatio egregia habita est, artificioque corrupta. Namque ne unum quidem verbum reperias, in carminibus Atrebatum, quin rationi prorsus repugnet, si talia commenta rebus ipsis contuleris Ceterum clarissime patet dogmata cuncta quæ versare non desinunt nihil eis nisi communes locos et quasi themata videri. Ea enim cum in carminibus (*chansons*) superstitiosa diligentia evolvant, in dialogis (*jeux partis*) contra pæne cynica protervitate derident, in sese ipsos ridicule illudentes.

At istæ exercitationes inanissimæ in longum duraverunt, carminaque fere usque ad annum millesimum trecentesimumque studiosissime composita sunt. Etenim notandum est medio ævo pæne omnia poesis genera juventute valida sed brevi florere, incremento celerrimo maturescere, immarcescere vel celerius, dein turpi senectute languere nonnunquam per longa sæculorum spatia. Postremo tamen, circa ultimos decimi tertii sæculi annos, omnino carmina neglecta sunt; cujus neglegentiæ causas scrutari multiplices longius esset. Cantiones (*chansons*), dialogi (*jeux partis*) certamina (*tensons*) obsolescunt subito, nemine etiam vetera colligente et in codices redigente post triginta aut quadraginta annos. Cantionis forma quodam modo perstitit (non alia est enim poematibus quæ *Ballade* et *Chant Royal* vocata sunt), verum genus ipsum in Gallia saltem interiit.

Quanti valuerit Lyricorum poesis perpendere jam conati sumus, eamque æstimavimus non maximi pretii fuisse. Inquirendum etiam est an talia ingeniorum conamina,

quamvis ab arte perfecta poetæ procul abfuerint, aliquid fructus tamen pepererint.

Certe, non vi sententiarum magis excelluere quam arte scribendi. Etenim, tota illa de Amore moribusque disciplina quam celebraverunt, cum ad ætatis nostræ cultus informandos non parum contulerit, præcipue Italorum opera ad nos pervenit, litteris Provincialium in Italiam recta via transmissis. Notum est quantum sexto decimo sæculo. poetæ nostri Petrarcæ debuerint, cujus imitatione multa iterum recepimus olim apud nos nata. At non minus exstitissent Petrarca, Guido Guinicellius, Dantes ceterique insignes Provincialium æmuli, etiamsi nullum francica lingua carmen compositum esset. Necnon Germaniæ, Hispaniæ, Lusitaniæ Lyrici, eadem doctrina ipsi imbuti, e Provinciæ Italiæve, aut ambarum simul, imitatione æqualiter pendent.

Forma præcipue quam induerant carmina nostra vim maximam habuere; mirum sane, cum tantæ medocritatis fuerit. At non raro accidit ut vel exiguæ artis scripta insigni auctoritate fruerentur. Ceterum, non per se ipsa carmina nostra viguere, sed potius opera poematis *de Rosa* compositi multis referti quæ primum a Provincialibus orta, in carmina notra transierant. Verisimile autem est Provincialium poesim illa ætate jam obsoletam Guilielmo *de Lorris*, et Johanni *de Meung* parum notam fuisse, eosque potissimum exemplaria francica respexisse. Priusquam evanescerent omnino, e lyricorum nostrorum carminibus ambo libidinem istam hauserunt, ex abstractis personas fingendi, ex qua poema totum natum est : quod ista libidine, per tria sæcula, in dimidia Europæ parte poesis exaruit, extabuit, misere disperiit, causa fuit poema *de Rosa* ideoque carmina etiam nostra causa fuerunt. Prima Italia, quanquam timidule, jugum exuere tentavit, ingenio illustrium scriptorum et urbanitate freta. Apud nos vero per quintum decimum sæculum et usque in medium sextum decimum, pessima pestis gliscere non desiit. Quin, miro quodam casu, panni

jamdudum decolores sordidique Caroli Aurelianensis ingenio nonnihil nitoris recuperavere. At Pleias tandem turpia scruta exuit, et sanguinem et nervos coloremque antiquorum revocavit, quamvis, in nonnullis Ronsardi operibus, quædam vestigia appareant prioris maciei et squaloris.

Istæ autem de rebus amatoriis translationes, quibus abundant poetæ nostri, diutius duraverunt. Multis enim apud antiquos jam usitatis antiquorum imitatio parum nocuit, ad simpliciorem elegantiam a Ronsardo tantum redactæ sunt, nonnulla mythologia auctæ, cunctis luminibus ingenii splendidissimi perfusæ. Dein a *Desportes* quasi acutiores factæ, postquam ad Malherbium ipsum transierant, raro novatorem propriumque inimicorum sæpius hæredem, in usum classicorum venerunt, elocutionem poetarum septimo decimo sæculo obruerunt, tragœdiam ipsam invaserunt (sunt enim apud Cornelium, Raciniumque ipsos amatorii sermonis nugæ) octavo decimo sæculo in omnibus operibus eroticis uberrime affluxerunt, latentque etiam nunc non infrequentius apud *Béranger* aliosque poetas vel ætatis nostræ. Quas vices mutationesque subierint vocabula quibus amantes loqui solent, non sine utilitate et quadam delectatione inquireres; atque ad hunc diem metaphoras persequereris, decimo tertio sæculo iter jam longissimum emensas. Verum, si tali studio indulgeremus, extra limites propositi exspatiaremur, finemque imponere volumini modum destinatum jam egresso festinamus.

APPENDIX

De versuum legibus apud veteres nostros poetas hic in summam tractare multo esset longius parumque linguam latinam usurpanti promptum. Primum de versuum fingendorum, dein de singularum stropharum, postremo de stropharum inter se jungendarum ratione esset disserendum : de quibus rebus brevissima tantum verba hic facere satis erit.

Omnia primum versuum genera ab antiquioribus poetis fuisse usitata notum est : quasdam etiam apud eos versuum formas reperias, jam tertio decimo sæculo obsoletas, de quibus alibi satis longam commentationem scripsimus ; mox paucæ tantum in usu fuerunt, præsertim quæ sex, septem, octo et ante omnia decem syllabis constant. Quod ad hemistichii cæsuram syllabarumque elisionem attinet, nihil peculiare apud lyricos reperias, nec locus est hic de universæ versuum apud Gallos pangendorum rationis historia disputandi. Quod ad versuum finem, ultimas syllabas inter se plane consonas esse mox injunctum fuit, *assonantiamque* a prioribus nonnunquam usitatam genera tantum plebeiam rationem redolentia admisere.

Si ad stropharum conjunctionem transimus, unaquæque primum variis syllabarum sonis (aut, ut ait Aligerius, *rithimis*) terminabatur (quos *rims singulars* vocant auctores operis dicti *Leys d'Amors*, I, 212) mox duæ (*coblas doblas*,

ibid., 264), aut tres rarissime sunt consociatæ; quod exeunte XIII sæculo effectum est, totum carmen iisdem rithimis nitebatur (*coblas unissonans*, *ibid.*, 270). Quarum numerum quinque esse mos erat (sæpissime 2 + 2 + 1) ita ut carmina quæ minori numero constent mutila esse suspicari liceat.

Quas leges nullus est poeta qui non servet : in effingendis autem strophis propria uniuscujusque ars et inventio maxime eminebat : earum formam sibi esse propriam volebant nec ullam ab aliis usurpatam tractare sibi insumebant : de quarum forma multa scripsit Aligerius, cujus verba hic subjicere, ea, si necesse fuerit, explanando, liceat (*De vulgari Eloquentia*, ed. G. Giuliani, Firenze, 1878, II pars, cap. X) : « Omnis, ait, Stantia (id est *stropha*) ad quamdam odam (id est *melos*) recipiendam armonizata est : sed in modo diversificari videtur : quia (1°) quædam sunt sub una oda continua. usque ad ultimum progressive, hoc est sine iteratione modulationis cujusdam et sine diesi (lege *dieresi*) et diesim dicimus deductionem vergentem de una odam in aliam ; hanc voltam vocamus cum vulgus alloquimur. » (Ejus generis erant ab antiquis poetis usitatæ formæ, de quibus in alio opere diximus, posterioribus autem fere insolitæ.) « Quædam vero sunt diesim patientes, et diesis esse non potest, secundum quod eam appellamus, nisi reiteratio unius odæ fiat, vel ante diesim, vel post, vel utrimque.

Si ante diesim repetitio fiat, stantiam dicimus habere pedes et duos habere decet. . » (Sic in forma *abab cdc* aut *abba cdc*, dieresis fit post quartum versum, pedes autem vocantur primi quatuor ; quæ forma omnium vulgatissima). « Si repetitio fiat post diesim, tunc dicimus stantiam habere versus. » (In forma *abcd efef*, versus dicuntur *efef* ; quæ vix usitata). « Si ante non fiat repetitio, stantiam dicimus habere frontem. » (Sic in forma *abc dede*, frons dicuntur *abc* ; quod admodum inusitatum). « Si post non fiat, dicimus habere syrma, sive caudam. » (ut est finis formæ *abab cdc*).

Addidit Dantes minutissimas regulas tantum ex æqualium

usu depromptas : quas referre parum utile sit, prioribus poetis multo majorem in inveniendis formis liberatem sibi vindicantibus, earumque indicem tantum subjiciemus quæ apud illos inveniuntur de quibus peculiariter supra tractavimus.

FORMULES RYTHMIQUES

DES PIÈCES DES POÈTES LES PLUS ANCIENS.

Nous rédigeons en français les quelques indications qui accompagnent nos tableaux, et qui ne pourraient être données en latin sans un amas de périphrases obscures et plus ou moins barbares. — Les numéros placés à gauche de chaque ligne sont ceux que M. Raynaud (*Bibliographie des chansonniers*, tome II) a attribués aux chansons dans la liste complète qu'il en a dressée, et à laquelle nous nous sommes référé dans tout le cours de cet ouvrage. — Les chiffres placés à gauche des lettres représentant les rimes indiquent le nombre de syllabes dont les vers se composent, les atones finales n'entrant pas en ligne de compte ; quand plusieurs lettres sont précédées d'un seul chiffre, c'est que les vers auxquels elles se rapportent ont le même nombre de syllabes. — Les caractères romains marquent les rimes masculines et les italiques les féminines. — Les formules 2 + 2, 3 + 3 signifient que les rimes changent de deux en deux ou de trois en trois couplets. — Nous avons exclu de ces tableaux certaines chansons qui, dans quelques manuscrits, portent à tort le nom des poètes dont nous nous occupons ; cependant, nous ne donnons pas nos listes comme le résultat d'une étude critique tout à fait rigoureuse : nous avons cru bien faire en y admettant certaines pièces sur l'attribution desquelles il y a quelques doutes, leur formule rythmique pouvant être utile à connaître quels que soient leurs véritables auteurs.

CONON DE BÉTHUNE.

1325 7*aa*4b7b7*aa*4b7b. 3 couplets sur r. différ. (Cf. Pb[5] 89.)
303 abb ccddc. V. de 10. *Coblas capcaudadas.*
1837 *a*b*a*b bb*a*. V. de 10. 2 + 1.
629 *a*b*a*b bc*c*. V. de 7. 6 c. + envoi. *Coblas capcaudadas.*
1125 *a*b*a*b b*a*b*a*. V. de 10. 2 + 2 + 2 + envoi.
15 *a*b*a*b b*a*b*a*. V. de 10. 5 c. sur r. différ.

1623 *abab baba.* V. de 10. 3 + 1.
1128 *abab* b*aa*b. V. de 6. 2 + 2 + 1.
1574 a*bab* aab*a*. V. de 10. 2 + 2 + 2
1314 7a10b7a10b 10cbbc. 6 c. + 2 envois; a et c restent partout; b change après les 3 1ers coup.
1420 10a7b10a7b 10c7b10c7b. 4 c. R. alternées de deux en deux.

CHATELAIN DE COUCY

790 abababab. V. de 10. 2 + 2 + 1.
127 *abab aba.* V. de 10. 5 c. sur rimes diff.
1754 *abab baa.* V. de 10. 2 + 2 + 1.
679 a*b*a*b* *b*aac. V. de 10. 2 + 2 + 2.
40 *abab* ba*ab* V. de 10. 5 c. sur mêmes r.
1913 abab baab. V. de 10. 3 + 2.
986 10*abab* 10bb*a*8b. 3 + 3.
671 abab aacc. V. de 10. 6 c. *Coblas capcaudadas* (1).
1982 a*b*a*b* aa*bb*. V. de 10. 3 + 2 + 1.
1965 8abab 7*ccdd*. 6 c. + envoi. *Cobl. capcaud.*
882 a*b*a*b* *ccdd*. V. de 10. 5 c. + envoi sur mêmes r.
634 abab baa*cc*. V. de 7. 2 + 1.
1010 7*ab*a*b* 7bccc8c2D6c; a de chaque couplet devient b du suivant; a reste dans deux couplets consécutifs.
700 10abab10b7*cc*10dd. 5 c + envoi. *Cobl. capçaud.*
1009 6*a*b*a*b 10bb6c10c*a*. 5 c. Cobl. capcaud.
209 10*abab* 10*a*bb10bbb*a*. 3 + 2 + envoi.

BLONDEL DE NESLES.

1924 abababab. Vers de 6. 2 couplets sur r. différ.
1618 *abababab*. V. de 7. 2 + 2. R. dérivatives.

(1) Nous n'indiquons pas ici certains enchainements de rimes de couplet à couplet, dont on ne peut guère se rendre compte que le texte en main.

2124 *ababab* c. V. de 7. 2 + 2 + 2 + envoi ; a reste dans tous les couplets.
551 *ababababab*. V. de 10. 3 coup. sur r. diff.
3 abababab bb. V. de 8 2 + 1.
1545 abababab bab. V. de 6. 2 + 2 + 1 + 1.
628 *abab baa*. V. de 7. 2 + 1 + 1.
1754 *abab* baa. V. de 10. 2 + 2 + 1 + envoi.
814 10abab8b4a10a. 5c sur mêmes r.
1269 abab bac. V. de 7. 3 + 1. c reste dans tous les couplets.
1585 abab bbc. V. de 8. 2 + 2 + 1 + envoi.
620 *abab aab*. V. de 10. 2 + 2 + 2 + envoi.
1897 abab aab. V. de 8 2 + 2 + envoi.
1497 *abab aba*. V. de 10. Couplet unique.
1495 *abab aba*. V. de 10. 2 + 2 + 2.
802 abab *ccb*. V. de 10. 3 + 3.
601 *abab baab*. V. de 10. R. diff. dans chaque c.
120 *abab aaba*. V. de 8. 2 + 2 + 2.
1095 8abab aa10ba. 2 + 2 + 2 + envoi.
110 6*a*5b6*a*5b8cc6c*a*. 2 + 2 + 2.
1399 abab ccab. V. de 7. 3 + 2 + envoi. R alternées.
482 *abab* bbbab. V. de 10. 2 + 2 + 2.
742 *abab* aabaa. V. de 7. 4 c. sur mêmes r.
1007 *abab abbabb*. V. de 7 2 + 2 + 2 + envoi.
1953 abab accabc V. de 6. 2 + 2 + 2.
1227 10*abab* bab3c4c6c10b7*a*bb. 2 + 2 + 2 + 1 + 1 + envoi.
779 abba bab. V. de 9. 2 c. sur mêmes r.

G. D'ESPINAU.

501 *abababab*. V. de 7. 3 c. sur rimes diff. (inéd.)
1816 abababab. V. de 10. 2 + 2 + 1.
1971 5abab abab6c4a6c4a6a3c9a. 4 c. sur mêmes r.
504 7*abab* 3b7b7*a*. 5 c. sur mêmes r.

954 abab bab. V. de 8. 5 c. sur mêmes r.
1960 abab bcc. V. de 10. 2 + 2 + 1 + envoi.
191 *abab* aa*b*. V. de 10. 1 + 2.
1082 abab baab. V. de 8. 2 + 2 + 1 + envoi.
1784 *abab baab*. V. de 10 5 c. sur mêmes r. + 2 envois.
2067 7*a*5b7*a*5b 5b7b*aa*. 5 c. sur mêmes r.
542 *a*b*a*b *a*bb*a*. V. de 10. 2 c. sur mêmes r.
104 abab baacC. V. de 8. Un seul couplet.
1988 abab babCC. V. de 8. 3 c. sur r. diff. (inéd.)
1073 a*b*a*b* aaa*bb*. V. de 10. 4 c. sur mêmes r.
590 10*a*6b10*a*6b 10b*a*6bb8bb. 2 + 3.
728 10a*b*a*b* 7a6*c*7a6*c*7a3a5*c*. 4c. sur mêmes r. + envoi.
1208 *a*bb*a* *a*bb. V. de 10. 5 c. sur mêmes r. +2 envois.
119 *a*bb*a* bcc. V. de 10. 5 c. sur mêmes r.
1840 abba acca. V. de 10. 5 c. sur mêmes r.
649 abba ccca. V. de 7. 4 c. sur mêmes r. + envoi.
749 *abba baaba*. V. de 10. 4 c. sur mêmes r.
1059 abba bbccdd. V. de 7. 4c. sur mêmes r. + envoi.
199 aa*b*b acc*b*cc. V. de 7. 5 sur mêmes r.

GAUTIER DE DARGIES.

684 10a6a6*b*10a6a6*b*10*b*10a10a10*b*10b. 3c. sur mêmes r.
376 ababab aabab. V. de 7. 2 + 2 + 1.
795 7a4b7a4b7a4b7a4b4aaabaaabaa8b 5 c. sur r. diff. + envoi (inéd.)
738 7a4b7a6b7a4b7a6b7b5a7a5b7b. 4 c. + envoi. *Coblas capcaudadas.*
708 8*a*b*a*7*b* 8aa7*b*. 5 c. sur mêmes r.
176 *a*b*a*b b*aa*. V. de 10. 3 c. sur r. diff.
1472 abab baa. V. de 10. 2 + 1.
1008 7*a*b*a*b 8b7*a*bb. 3 + 1.
1223 *a*b*a*bb*a*bb. V. de 10. 5 c. sur mêmes r. + envoi.
1969 7a*b*a*b* aa10*bb*. 5 c sur mêmes r. + envoi.
1626 a*b*a*b* b*a*abb. V. de 7. 5c. sur mêmes r. + envoi.

1575 *abab baabb*. V. de 10. 4 c. sur mêmes r.
1989 *abab baabb*. V. de 10. 2 + 3.
1622 7*a*8b7*a*8b 7b8*a*8b7*a*7b. 3 c. sur mêmes r.
2036 8a7*b* 8a7*b*7*b*8a8a7*b*7ba. 2 + 2 + 1.
1633 *abab bababba* V. de 7. 5 c. sur mêmes r. + envoi (inéd.)
419 8aba2b 10a4a8b4a4b4b8a10a. 5 c. sur mêmes r. + envoi.
1565 7abb4a 8a8b10b. 5 c. sur mêmes r. + envoi.
418 8a10b4b8a 10babb. 5 c. sur mêmes r.
1624 10 *abba* 4b10*a*4b10bb. 4 c. sur mêmes r.
264 abba abbaa. V. de 10. 2 + 2 + 1 + envoi; alternance.

GACE BRULÉ.

1498 10*ababab* 8CC. 2 + 2 + 2 + envoi.
2099 *abababab*. V. de 7. 2 + 2 + 2 + envoi.
1501 7*abababab* 4b. 2 + 2 + 2 + envoi.
857 abababab *c* (c ident. partout). V. de 7. 2 + 2 + 2 + 2 envois.
633 *abababab* bb. V. de 7. 2 + 2 + 1.
1757 6*abababab* 8CC. 4 c. sur r. diff. (inéd.)
1939 *abababab* CCC. V. de 7. 2 + 1.
1304 8abababab 8CC6D. 7 c. sur rimes diff. (inéd.)
772 7a6*b*7a6*b*7a6*b*7a 6*b*4c 5c7C (C ident. partout) 2 + 2 + 2 + envoi.
1795 *abab bb*. V. de 10. 2 + 2 + 2.
1724 *abab bba*. V. de 10. 2 + 2 + 1 (inéd.)
719 abab bba. V. de 10. 5 c. sur mêmes r. + 2 envois.
686 abab bba. V. de 10. 5 c. sur mêmes r.
1977 abab bab. V. de 7. 3 + 3 + envoi.
1502 *abab* bab. V. de 10. 2 + 1.
42 *abab* bab. V. de 10. 2 + 2 + 2 + envoi.
1779 *abab* bab. V. de 10. 2 + 2 + 1.

306 (?) abab baa. V. de 10. 5 c. sur mêmes r. + envoi.
1751 (identique à 1199) *abab* bcc. V. de 10. 5 c. sur (mêmes r.)
838 a*b*a*b* aa*b*. V. de 7. 5 c. sur mêmes r. + envoi . Pub. dans *Journ. des Sav. de Norm.*, 1844, 424.)
1465 abab aab. V. de 8. 2 + 2 + 2 envois.
687 abab aba. V. de 8. 5 c. sur rimes diff. (inéd.).
1011 *abab* *cc*b (c ident. partout. V. de 7. 2 + 2 + 2 + envoi.
1893 abab cac. V. de 10. 2 + 2 + 1 + envoi.
1572 a*b*a*b* ccc. V. de 10. 5 c. s. mêmes r.
160 *abab* ccc. V. de 10, 2 + 2.
549 *abab* *baba*. V. de 7. 5 c. sur mêmes r. + envoi.
221 *abab* *baba*. V. de 8. 3 + 2.
389 (?) abab baab. V. de 8. 2 + 2 + 2 + envoi.
126 *abab* babb. V. de 10. 2 + 2 + 1 + envoi.
801 abab ba*cc*. V. de 10. 5 c. sur mêmes r. + envoi.
1332 7abab 5b*a*7*a* 5b7*a*. 2 + 2 + 1 (inéd.)
1590 8abab bb 6*c* 10*c*. 4 c. sur mêmes r.
550 (?) *abab* bbcc. V. de 10. 4 c. sur mêmes r.
1638 *abab* babd (d ident. partout). V. de 7. 2 + 2 + 1 + envoi.
437 a*b*a*b* a*b*aa. V. de 10. 5 c. sur mêmes r. + envoi.
643 8a7*b*8a7*b* 8a7*b*8aa. 3 + 3 + envoi.
413 abab abba. V. de 8. 5 c. sur mêmes r.
1414 abab abba. V. de 8. 2 + 2 + 1.
1578 abab abba. V. de 8. 5 c. sur r. diff. (inéd.)
1429 abab abba. V. de 10. 5 c. sur mêmes r. + envoi.
1006 *abab abba*. V. de 10. 2 + 2 + 2 + envoi.
187 *abab abcc*. (c ident. partout). V. de 7. 2 + 2 + 2 + envoi.
1407 (ident. à 1408) a*b*a*b* aaa*b*. V. de 7. 6 c. sur mêmes r. + envoi.
171 abab *ccdd*. V. de 10. 5 c. sur mêmes r. + envoi.
653 a*b*a*b* *ccdd*. V. de 10. 5 c. sur mêmes r. + envoi.

750 *abab ccdd.* V. de 10. 2 c. sur mêmes r. (inéd.)
787 abab *ccaa.* V. de 10. 5 c. sur rimes alternées.
1229 *abab caca.* V. de 7. 2 + 2 + 2 + 2 envois.
826 abab *cdcd.* V. de 10. 5 c. sur mêmes r. + envoi.
1102 *abab* ccc*b*. V. de 10. 5 c. à r. alternées + envoi.
1536 (?) a*b*a*b* ccc*b*. V. de 10. 5 c. sur mêmes r.
1664 (?) abab baaba. V. de 8. 2 + 2 + 2.
1575 (?) a*b*a*b* *b*aa*bb*. V. de 10. 5 c. sur mêmes r.
1918 (?) 8abab 6aa4C4CC. 2 + 2 + 1.
283 abab babab. V. de 10. 2 + 2 + 2.
183 *a*b*a*b bcbcc. V. de 7. 5 c. à rimes alternées.
233 (?) 10*a*b*a*b bccd7c. 4 c. sur mêmes r. + envoi.
1867 abab abbba. V. de 8. 2 + 2 + 2 + envoi.
111 7*a*b*a*b *a*b4b5*a*4b. 2 c. sur rimes diff.
225 10*a*b*a*b *a*b4c7c4c7c. 2 c. sur mêmes r. (inéd.)
1387 7*a*4b7*a*4b 7*a*4b7*a*4c7c7*a*.
1579 8a6*b*8a6*b* 5aa8aa6*b*8a. 2 + 2 + 1.
565 *a*b*a*b cdccdd. V. de 7. 5 c. sur mêmes r. + 2 envois.
242 7ababab 7c7c8a5c6a (?) 4 c. sur mêmes r.
1198 10*aaa* 6bbb *a*10*a*. 5 c. sur mêmes r. (inéd.)

VIDI AC PERLEGI,

Lutetiæ Parisiorum, in Sorbona,

PRIDIE IDUS NOV. ANN. MDCCCLXXXVIII,

Facultatis Litterarum in Academia Parisiensi decanus,

A. HIMLY.

TYPIS MANDETUR :

Academiæ Parisiensis Rector,

GRÉARD.

INDEX

Poitiers — Imprimerie Millet, Descoust & Pain











Jeanroy, A. - De nostratibus medii aevi poetis.

